JOHN ROBSON, M.D.

Warrington,

In Veritate Libertas.



Hume collection.

Class Y32 Book T5.1612

No. 11983

Library of McGill College

MONTREAL.

Received 1874.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ἠθικοὶ χαρακτῆρες.

THEOPHRASTI NOTATIONES MORVM.

ISAACVS CASAVBONVS
recensuit, in Latinum sermonem vertit, &
LIBRO COMMENTARIO
ILLVSTRAVIT.

Editio tertia recognita, ac infinitis in locis vltra præcedentes aucta & locupletata.

CVM INDICE NECESSARIO.



LVGDVNI,
APVD VIDVAM ANT. DE HARSY,
Ad insigne Scuti Coloniensis.

M. DCXII.

NON SINE PRIVILEGIO.

PRAESTANTISSIMO VIRO D. NICOLAO BRVLARDO A SILERI.

HENRICI IIII. Francor. & Nauar. Regis Chriſtianiſſimi in ſacro conſiſtorio Conſiliario, & apud Heluetios Rhætóſque Legato,

ISAACVS CASAVBONVS S.

DOCTRINAM morum, quæ vel vtiliſſima philoſophiæ pars eſt, BRVLARDE præſtantiſsime, non vna ratione veteres ſapientes tradiderunt. Fuêre qui in rectè conſtituenda vitæ ſumma, & inueniendo bono, vt putabant, ſummo, quærendíſque & explicandis mediis ad beatitatem ducentibus, ſuam omnem operam ponerent. Fuêre qui

11983
15175 o.n.

ad singulas vitæ humanæ partes studium conferrent suum, & quid cuique personæ, cuique ætati conueniret, quæ officia singulorum, docere laborarent. Illam priorem veteres δογματικὴν, hanc posteriorem παραινετικὴν, philosophiam nuncuparunt. Fuit verò & tertium quoddam tractandæ morum disciplinæ genus, è re χαρακτηριστικὸν ab iisdem illis nominatum. Pulcherrimam hanc philosophandi viam, primus, vt videtur, senex facundissimi oris, Theophrastus inuenit: primus certè, quod ex antiquis monumentis constet nobis, in eo se, & elegantissimum illud ingenium suum exercuit. Neque abest coniectura, summum virum cùm à Platone didicisset, Virtutem, si oculis cerneretur, mirabiles sui amores excitaturam: rationem & vestigasse prudenter, & peruestigasse solerter, qua cùm virtutis speciem pulcherrimam, tum etiam vitiorum dedecus ac turpitudinem ipsis pene dixerim corporis oculis spectandam exhiberet. Magnum sanè ausum, & eo viro dignissimum, qui felici illo seculo viueret, quod tulit Socratem, Platonem vidit, Aristotelem generi humano dedit: III viros constituendæ philosophiæ, sine dubio diuinitus excitatos. Quorum in

sinu

ſinu & gremio cùm fuerit hic de quo loquimur educatus, nec dubium, nec mirum eſt eam ipſum ſcientiæ βαθύτητα eſſe conſecutum, eam ſcribendi facultatem adeptum, vt nihil vnquam ſit ab eo profectum, quod non viſum ſit ſtudioſis ſapientiæ omnibus numeris perfectum. Teſtes ſunt huius tantæ illius præſtantiæ, cùm alia hominis monumenta, quæ in ſtudioſorum manibus, hodiéque verſantur: tum hic quoque liber aut libri potiùs ἀποσπασμάτιον, quod me auctore, atque interprete in tuam ſe clientelam, ſi pateris BRVLARDE clariſſime, geſtit tradere. Eſt autem hic ille Theophraſtei ingenij fœtus, de quo paulò antè dicebam: liber, ſine dolo dicam, aurum contra non carus. Nam quod ille integer ad nos non peruenerit, adeò non debet ea calamitas reliquiarum iſtarum pretium apud nos imminuere: vt contrà potius eò maiore cura ac ſtudio, ceu tabulæ aliquæ ex ingenti naufragio ſuperſtites, colligendæ nobis colligandǽque videantur. Neque ſanè vereri vnquam ſubiit, ne, quas horas in emendando, vertendo, & explicando hoc Fragmento ponebamus, eas docti viri malè nos collocaſſe iudicarent. Et verò præter grauiſſimorum virorum adhortationes, quibus ex-

citati primùm sumus ad hanc qualemcunque operam Theophrasto commodandam: exemplo etiam sumus confirmati doctissimorum hominum, quos ante nos in eandem descendisse arenam videbamus. qui si tantum aut temporis aut diligentiæ huic negotio impendissent, quantum res postulabat; facilè mihi persuadeo potuisse illos & mihi & aliis omnibus occasionem præripere falcem in ipsorum messem iniiciendi. Verùm quid inter illorum editionem & nostram hanc intersit, doctis candidísque lectoribus æstimandum & iudicandum relinquimus. In primis autem te, BRVLARDE sapientissime, arbitrum ferimus: cuius iudicio si stabit & probabitur nostra hæc opella, næ caussa non erit, cur de cæterorum eruditorum calculis aut desperemus, aut multum simus solliciti. quod enim ille olim de Platone, id ego non minori iure nunc, de te, Vnus tu mihi instar omnium. Nam & is es tu, in quo vno cunctas habitare virtutes, quas in aliis mirari solemus singulas, vno omnes ore pridem fatentur. Te quondam in media patria, & in oculis tuorum ciuium Reipu. gubernacula integritate, iustitia, & moderatione summa inter præcipuos tractantem, laudibus in cœlum

omnes

omnes ferebant. Te nunc legationis huius amplissimo munere difficillimis hisce & tantùm non desperatis temporibus sapientissimè, prudentissimè, fœlicissimeque fungentem, omnes mirantur. Te denique fortissima Heluetiorum gens tanquam vnicum, & cœlo delapsum fidei, constantiæ, veritatis, grauitatis, &, vt vno verbo dicam, veteris illius Francicæ generositatis, quæ pridem defecisse in nostra gente artibus corrupta exoticis, videbatur, exemplar intuetur, suspicitque. Quid ego nunc commemorem, non Iuris ciuilis tantùm, sed plurimarum artium honestissimarum accuratam cognitionem? quid summum illum amorem, ardorémque in litteras, & cùm plurima teneas, plura in dies discendi desiderium? quod cùm à puero maximum tibi naturæ auctor Deus inoleuisset, ne nunc quidem inter tantas, tam molestas, tam difficiles curas & occupationes relanguit, nedum exaruerit. Accedit ad has tantas virtutes tuas, ceu inserta pulcherrima, singularis morum comitas: quæ te omnibus bonis non minus reddit amabilem, quàm illa priora venerabilem. Et erit aliquis qui miretur tantum te gratia, tantum auctoritate apud omnes pollere? mirarer potius, si qui

esset, qui cùm te vidisset, cùm loquentem audisset, non stuperet. Equidem, vt primùm te vidi, & quæ antè fama de te acceperam, præsens maiora omnia in te agnoui: nunquam ab eo destiti silentio, atque εὐφημίᾳ animum istum tuum tam excelsum, & tot virtutibus exaggeratum venerari, cuius affectus, animíque in te mei patere obsecro te, vir maxime, extare hoc, cuicuimodi est, testimonium: meamque hanc siue temeritatem, siue audaciam æqui boni consule. Vale. à d. IV. Kalend. Febr. CIↃ. IↃ. XCII.

TA

ΤᾺ ΣΩΖΌΜΕΝΑ ΚΕΦΆΛΑΙΑ τῶν Ἠθικῶν χαρακτήρων τοῦ Θεοφράστου.

INDEX

INDEX AVCTORVM QVI IN ISAACI CASAVBONI Commentario proferuntur, illustrantur, emendantur.

A

Gale

Luci

Theocritus

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

ἠθικοὶ χαρακτῆρες.

THEOPHRASTI

Characteres Ethici,

siue,

Morum descriptiones.

ISAACO CASAVBONO INTERPRETE.

SÆPE equidem iam antè quum hac de re attentiùs cogitare cœpissem, miratus sum, sed nec mirari fortasse desinam, quid causæ sit, cur quum Græcia omnis eidem cælo subiecta sit; quum etiam Græci omnes eodem modo instituantur; non omnes tamen iisdem moribus

ΗΔΗ μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, ἐθαύμασα, ἴσως δὲ οὐδὲ παύσομαι θαυμάζων, τί δήποτε τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν οὐ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν

τρόπων ἔχειν. ἐγὼ γάρ, ὦ Πολύκλεις, συνθεωρήσας ἐκ πολλοῦ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα, ἔτι δὲ ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι, καὶ παρατεθεαμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ. ἐκθήσω δέ σοι κατὰ γένος ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις προσκείμενα, καὶ ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται. ὑπολαμβάνω γάρ, ὦ Πολύκλεις, τοὺς υἱοὺς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι, καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων·

vtamur. Ego ſiquidem, mi Polycles, quũ à multo tẽpore hominum naturas eſſem contẽplatus, (quippe qui annos nonaginta nouem iam vixerim: & cum multis, atque omnis generis naturæque hominibus ſim verſatus) quum inquam diligẽtia magna & probos ſimul & improbos homines conſideraſſem, atque inter ſe comparaſſem, faciendum duxi, vt quæ ſit vitæ degendæ vtrorumque ratio, hoc ſcripto complecterer. Exponam autem tibi generatim, cùm omnes morũ ſpecies quibus illi ſunt præditi, tum quis ſit illorum vitæ cotidianæ modus. Liberos enim noſtros, mi Polycles, fore meliores exiſtimo, ſi monumenta ipſis

ipsis huiuscemodi reliquerimus, quæ sibi pro exemplo proponentes, optimè moratos quosque sint electuri, quibuscum versentur & consuescant, vt in viros tandem nihilo illis deteriores euadāt. Sed iam ad rē ipsam me accingā. Tuū erit, ad ea quæ dicam, animum aduertere, & an rectè dicam pernoscere. Igitur, missis præfationibus, & iis quæ multa poterant de re afferri, initium dicendi faciam ab illis qui cauillationem amplexi sunt, vitiumque ipsum primò definiam: deinde cauillatorem hominem describam qualis sit, & qui eius mores. Postea verò alias quoque animi affectiones generatim, vt antè diximus, explicare conabimur.

οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. τρέψομαι δ' ἤδη ἐπὶ τὸν λογον. σὸν δ', παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδῆσαι εἰ ὀρθῶς λέγω. πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγειν. καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ ὁριοῦμαι αὐτήν· εἶθ' οὕτως τὸν εἴρωνα διέξειμι, ποῖός τις ἐστὶ, καὶ εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται. καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων, ὥσπερ ὑπεθέμην, πειράσομαι κατὰ γένος φανερὰ καταστῆσαι.

ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ.

ΗΜΕΝ οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προσποίησις ἐπὶ τὸ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων. ὁ δὲ εἴρων, τοιοῦτός τις ἐστιν, οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, οὐ μισεῖν· καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λάθρα, καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις. καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι· καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις, καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας πράως διαλέγεσθαι. καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις, προστάξαι ἐπανελθεῖν· καὶ μηδὲν ὧν

DE CAVILLAtione.

CAuillatio igitur, si quis rudi definitione complecti velit, est cùm factorum tum dictorum in deterius fictio. Homo autem cauillator talis est, qui ad inimicos suos adeat, quasi alloqui eos velit, non ampliùs odisse: quíque illos quibus clam struit insidias, præsentes laudet, & si victi fuerint, eorum vicē doleat. Si quis ipsi maledicat, ei ignoscit: iactáque in se cōuitia negligit; cum iis etiam, qui quòd iniuriam ab ipso passi sint, quiritant, blandè benignéque loquitur. Eos qui ipsum cōfestim conuentum velint, iubebit redire iterum. Quicquid

agit

agit, clam id habet, & se
adhuc deliberare dicit.
Idē se modò aduenisse
fingit: aut sub vesperam
venisse, & è via lãguere.
Pecuniã mutuò rogãti-
bus, aut eranum ab ipso
exigẽtibus; Nihil vendo,
inquit: è contrario quum
nihil vendet, tum ven-
dere se affirmabit. Quũ
quid audiuerit, videri
volet animum non ad-
uertisse. Quum quid vi-
derit, negabit vidisse.
Pactus aliquid, negabit
se meminisse. De aliis di-
cit se cogitaturum, alia
nescire, mirari alia: de
quibusdã se quoque iam
antè similiter cogitasse.
Denique frequẽs omni-
no in eius ore huiusmo-
di est oratio, Non credo:
Non puto: Obstupesco.
Sese etiã aliũ fuisse dicet.
Item, Atqui non hæc e-

πράττει, ὁμολογῆσαι,
ἀλλὰ φῆσαι βουλεύσε-
σθαι· καὶ προσποιήσασθαι
ἄρτι παραγεγονέναι,
καὶ ὀψὲ γίνεσθαι αὐτὸν,
καὶ μαλακισθῆναι· καὶ
πρὸς τοὺς δανειζομένους
καὶ ἐρανίζοντας, ὡς οὐ
πωλεῖ· καὶ μὴ πωλῶν,
φήσει πωλεῖν· καὶ ἀκού-
σας τι, δόξει μὴ προσ-
ποιεῖσθαι· καὶ ἰδὼν, φή-
σει μὴ ἑωρακέναι· καὶ
ὁμολογήσας, μὴ με-
μνῆσθαι· καὶ τὰ μὲν σκέ-
ψεσθαι φάσκει, τὰ δ'
οὐκ εἰδέναι, τὰ δ' θαυ-
μάζειν, τὰ δ' ἤδη πο-
τὲ καὶ αὐτὸς οὕτω διαλο-
γίσασθαι. καὶ τὸ ὅλον,
δεινὸς τῷ τοιούτῳ
τρόπῳ τοῦ λόγου χρῆ-
σθαι, οὐ πιστεύω, οὐχ
ὑπολαμβάνω, ἐκ-
πλήττομαι καὶ λέγει
ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέ-
ναι. καὶ μὴν, οὐ ταῦ-

τὰ πρὸς ἐμὲ διεξήει. παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα, ἄλλῳ τινὶ λέγε· ὅπως δὲ σοὶ ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀποροῦμαι· ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιστεύῃς τοιαύτας φωνὰς τὰς πλοκὰς καὶ παλιλλογίας· οὗ χεῖρον ἐστὶν εὑρεῖν οὐδέν. τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.

rat ipſius apud me oratio. Res mihi videtur mira, & fidem omnem ſuperare: Quære alium cui iſta narres: Tibíne credam, an illius danem fidem, neſcio. At tu caueſis vocibus iſtiuſmodi & inuolucris ſimulationum recantatis dictis credas: qua re deterior nulla queat reperiri. Enimuero mores huiuſmodi hominum, non ſimplicium ſed inſidioſorum, magis quàm viperas fugere debemus.

ΠΕΡΙ ΚΟλακείας.

ΤΗΝ δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι. τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥστε πορευόμενον ἅ-

DE ADVLAtione.

ADulationem verò putet aliquis eſſe turpem vitæ quotidianæ conſuetudinem, ſed quæ adulatori conducat. Adulator autem is eſt, qui ſi cum aliquo ambu

ambulet, ei dicat, Viden' vt omnes in te oculos conuertunt? Fit hoc nemini ex omnibus ciuibus præterquam tibi. Heri in porticu magnũ bonæ existimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum homines ibi plus quàm triginta sederent, sermóque incidisset, Ecquis ciuiũ esset optimus? & orsos ab ipso, & in eiusdẽ nomen simul omnes recidisse. Hæc ille loquitur, aliáq; his similia Idẽ ex illius vestimentis cui assentatur, floccos solet eximere. Quòd si qua vel palea vel festuca à vento acta illius capillamento adhæserit, tollit adulator; & simul renidens; En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, vt canitie barba tibi est referta: atqui tu sanè, qui id ætatis

μα εἰπεῖν, Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐδενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν ἢ σοί. ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι· καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα· καὶ ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος * προσενεχθῇ ἄχυρον καρφολογῆσαι· καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν, ὁρᾷς; ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεστόν. καίπερ,

κ. προσαχθῇ

εἴτις καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα. καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος. καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύσεται, ὀρθῶς. καὶ σκώψαντι *πικρῶς ἐπιγελάσαι, τό τε ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα. καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι μικρὸν κελεῦσαι ἕως ἂν Αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίους πριάμενος, εἰσενέγκας δοῦναι, ὁρῶντος αὐτοῦ· καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν, χρηστοῦ πατρὸς νεόττια! καὶ συνωνούμενος δὲ κρηπῖδας, τὸν πόδα

γρ. ψυχρῶς

homo ſis, habes vt ſi quis alius capillos nigros. Iam ſi aliquid dicat Ille, hîc verò adulator ſilentium omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce geſtúque applaudere, & vbi finem dicẽdi fecerit, Dictum bene! acclamare. Quòd ſi quem Ille ſale aliquo perſtrinxerit, eũdem iſte acerbè irridebit, veſtémque in os ſibi indet, quaſi riſum tenere non queat. In via ſi qui fiant obuij, ſiſtere gradum iubet, donec Ille tranſierit. Mala etiam & pyra à ſe empta domum liberis Illius afferre, & ſpectante ipſo dare moris habet: atque adeo ipſos oſculatus, Probi patris pullitiem! ait, exclamans. Crepidas ementi ſi comes affuerit, pedem di-

cet ipſo calceo eſſe concinniorem. Adeunte Illo ad amicorũ aliquẽ, curſu præire aſſentator, & huic quidẽ, Venit Ille, inquit, ad te: ſtatimq; reuerſus, Ego, ait, de tuo aduentu præmonui. Sanè etiam quęcũq; ad muliebre forum pertinẽt, didicit iſte omnia ſedulò & diligenter miniſtrare: necnõ ex omnibus conuiuis vinũ primus laudare: & Illi aſſiduè aſſiſtens, dicere, Vt tu molliter comedis! & de iis quæ mẽſæ ſunt appoſita, aliquid attollens, Hoc verò, ait, quàm bonum eſt: Quærere etiã amat, nũquid Ille frigeat, nunquid tegi adhuc & amplius amiciri velit: & quidem hæc dicens, ad aurem hominis ſe inclinat, eiq; aliquid inſuſurrat: in eundem etiam dũ

φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν φίλων, προδραμὼν εἰπεῖν, ὅτι πρός σε ἔρχεται· καὶ ἀναστρέψας, ὅτι προσήγγελκα. ἀμέλει ἢ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί. καὶ τῶν ἑστιωμένων, πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον· καὶ * παραμένων εἰπεῖν, ὡς μαλακῶς ἐσθίεις! καὶ ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, φῆσαι, τουτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι! καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ἐπιβαλέσθαι βούλεται καὶ ἔτι περιστεῖλαι αὐτόν. καὶ μὴν ταῦτα λέγων, πρὸς τὸ οὖς προσπίπτων, ψιθυρίζειν· καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων, τοῖς

γρ· παρακειμένων.

ἄλλοις λαλεῖν. καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι. καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι, καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι, καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

alios alloquitur, oculos defixos habet. Puluinos in theatro puero ademptos, ipse substernit. Domum ait benè & ingeniosè fuisse dimensam & ædificatam: agrum diligenter consitum: imaginem peresse similem. In summa, assentatorem semper videas & facere omnia & dicere quæ audientibus putat fore grata.

ΠΕΡΙ ΑΔΟλεσχίας.

ΗΔΕ ἀδολεσχία, ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων· ὁ δὲ ἀδολέσχης, τοιοῦτος ἐστιν οἷος ὃν μὴ γινώσκει· τούτῳ παρακαθεζόμενος πλη-

DE GARRVLITATE.

GArrulitas est longorum & inconsideratorum sermonum effutitio. Garrulus autem eiusmodi est, qui vel apud ignotum iuxtim ei assidens, vxoris suæ

ſuæ laudes prædicare inſtituat: deinde quod prȩcedenti nocte ſomniauerit, id narret: tum quȩcunque in cœna ſibi fuerint appoſita, omnia ſigillatim recẽſeat. Mox verò vbi incaluerit, homines huius ſæculi dicet eſſe antiquis deteriores: frumenta in foro vili vænisse pretio: peregrinos eſſe in vrbe quàm plurimos: mare ſtatim à Dionyſiis patere nauibus: & ſi Iupiter pluerit, eorũ quæ terra conduntur meliorem fore prouentum: ſeque agrum ſuum in ſequentem annum eſſe culturum: ait etiam viuẽdi rationes eſſe perdifficiles: & quũ Myſteria agitarẽtur, Damippũ facem omnium maximam ſtatuiſſe. Quęrit

σίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι· εἶθ' ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν· εἶτα δὴ προχωροῦντος τοῦ πράγματος, λέγειν ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων· καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· καὶ ὡς πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι· καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι· καὶ, εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι· καὶ, ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει· καὶ, ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν. καὶ, ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε.

καὶ,

καὶ, Πόσοι εἰσὶ κίονες, τοῦ Ὠδείου, καὶ, Χθὲς ἤμεσα. καὶ, Τίς ἐστιν ἡμέρα σήμερον; κἂν ὑπομένη τις αὐτὸν, μὴ ἀφίστασθαι. καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μέν ἐστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια, Ποσειδεῶνος δὲ τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν.

etiã, quot ſint Odei colũnæ: &, Heri, ait, vomui: &, Quotus hic eſt mẽſis dies? Quòd ſi quis patientem ſe præbeat, nunquã ille ab eo diſcedat. Narrabit Myſteria menſe Boëdromione, Apaturia Pyanepſione, Poſideone verò quæ ruri agitantur Dionyſia, ſolita celebrari. Id genus homines demiſſis manibus, grandiq; gradu fugiat oportet, quiſquis febre carere volet. Difficile enim eſt cum iis durare, qui neque otij neque negotij tempora diſtinguere norunt.

ΠΕΡΙ ΑΓΡΟΙκίας.

DE RVSTICITATE.

ΗΔΕ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων· ὁ

RVſticitas verò honeſtatis & decori ignoratio videri queat. At

At ruſticus is eſt, qui hauſto pharmaco in cõcionẽ nihilominus prodeat: quique vnguentum non ſuauius fragrare thymo dicat. calceos geſtat pede grandiores: voce etiã alta loqui ſueuit. Amicis neceſſariiſque ſuis parum fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quæcunque in concione audiuit, omnia mercenariis ſuis, qui ruri apud ipſum opus faciũt, enuntiat. Sæpe etiam veſte ita ſupra genu adducta ſedet, vt denudatæ corporis partes conſpici queant. In via aliorum quidem nihil admiratur, neque vlla re percellitur: ſed ſi bouem, aſinum, aut hir-

δὲ ἄγροικος, τοιοῦτός τις οἷος κυκεῶνα πιὼν εἰς ἐκκλησίαν πορεύεσθαι· καὶ τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν· καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν· καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν· καὶ τοῖς μὲν φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν, πρὸς δὲ τοὺς αὑτοῦ οἰκέτας ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων· καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ, πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος, καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ * φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν μήτε θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὅταν δὲ ἴδῃ βοῦν, ἢ ὄνον, ἢ

* γ. ὑποφαίν.

τρά

τράγον, ἑστηκὼς θεωρεῖν. καὶ προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμιείου, δεινῶς φαγεῖν, καὶ ζωρότερον πιεῖν· καὶ τὴν σιτοποιὸν πειρᾶν λαθεῖν. κᾆτ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια. καὶ ἀριστῶν ἢ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις * ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον. καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος, καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ ῥύγχους, εἰπεῖν, οὗτος φυλάσσει τὸ χωρίον, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἔνδον. καὶ τὸ ἀργύριον ἢ παρά του * λαβὼν ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. καὶ ὃ ἄροτρον ἔχρησεν, ἢ κό-

γρ. περιβαλεῖν τὴν θύραν.

γρ. λαμβάνων

cũ viderit,ibi homo gradũ ſiſtere, & contẽplari. Quumq́; aliquid è prõptuaria cella depromit, decerptũ inde fruſtũ vorat:& vinũ meracius potat:diligenter interim ne hoc ancilla panifica reſciſcat,cauẽs.Deinde verò cũ illa molere, & quæ ſunt ad victũ neceſſaria, tũ ſibi tũ vniuerſæ familiæ parare ſolet.Inter prãdendũ iumẽtis pabulum obiicit: & ſi quis fores pulſet,ipſe auſcultat. Vocato etiã cane,& eius roſtro manu prehẽſo, Hic, inquit, & agrũ & domũ, quiq; in ea ſunt oẽs cuſtodit. Argentũ quod ab aliquo acceperit, quaſi tenue aut nimis aſperum ſolet reiicere, & vt alio id ſibi mutetur poſtulare. Aratrum ſi cui forte vtendũ dederit, aut cophinum

phinum, aut falcem, aut saccum, nocte intempesta illa *repetet*, si per insomniam fuerit eorum recordatus. In vrbem cũ venit, obuium quemque interrogans, Quanti, ait, pelles & salsamenta væ nibant? &, Nunquid hodie ludi nouam lunam adducunt? Dicit etiam, se simul ac descenderit, tondere velle. Idem cantare in balneo, & clauis calceos suffigere, &, quia eadem via erat, ab Archia salsamenta accipere, ac portare ipse, moris habet.

φινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος· καὶ εἰς ἄστυ καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος· καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει. καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι. καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι· καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι. καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι *παρ' Ἀρχίου τοῦ ταρίχους. γ. ἀπὸ βραχίονος

DE BLANDITIA.

BLanditia, si quis eã definire velit, est cõgressio parum honestas voluptatis illecebras ha-

ΠΕΡΙ ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ.

Η ΔΕ ἀρέσκεια, ἔστι μὲν, ὡς ὅρῳ *περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδο- γ. εἰπεῖν

νῆς

νῆς παρασκευαστική· ὁ δὲ ἄρεσκος, ἀμέλει τοιοῦτός τις οἷος πόῤῥωθεν προσαγορεύσας, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν, καὶ θαυμάσας ἱκανῶς, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι· καὶ μικρὸν προπέμψας, καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ· καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν. καὶ κεκλημένος δὲ ἐπὶ δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα· καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ καὶ προσαγαγόμενος, φιλῆ-

bens. Blandus verò is eſt, qui è lõginquiore ſpatio aliquem ſalutare, & virũ appellare prȩſtantiſſimũ, fortunãque eius admirari ſoleat, & vtraque manu prehendens, non dimittat: ſed aliquantiſper comitatus, quærens quando ſit illum viſurus, vix tandem domum reuertatur, eius interim laudes prȩdicans. Idẽ captus arbiter, non ei tantùm cui adeſt, ſed aduerſæ etiam parti, vt communis vtriuſque amicus habeatur, gratificari ſtudebit. Peregrinos iuſtiora quã ciueis loqui dicet. Ad cœnam inuitatus, conuiuij dominum vt liberos ſuos vocet, rogabit: atque illis ingrediẽtibus, negabit ficũ ficui tam eſſe ſimilem, quã illi ſint patri: deinde eos ad ſe vocabit: oſcula

oſculatúſque, ſibi aſſidere iubebit: & cum aliis iocans, En vtrem, inquiet, En ſecurim: alios in ſinum recumbere dormientes, quamuis onere grauetur, ſinet. Comam ſæpius ſolet tõdere: dentes nitidos habere: veſtes quæ vſui adhuc eſſe poſſint, mutare: vnguẽto vti. Ac fori quidem in eam maximẽ partem ventitat, vbi ſunt argentariorum menſæ: gymnaſia verò illa frequentat, in quibus ſe ephebi exercent: in theatro autem & ſpectaculis iuxta ipſos prætores ſedet. Idẽ in foro ſibi quidem nihil; ſed amicis qui Byzantij ſunt, mittenda munera emtitat: necnon Laconicas canes, quas Cyzicum: & mel Hymettiũ quod Rhodum mittat: atque

σαι, καὶ παρ' αὑτὸν καθίσαι· καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτοῖς, λέγων, ἀσκὸς, πέλεκυς· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐᾷν καθεύδειν, ἅμα θλιβόμενος. καὶ πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι, καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια δὲ χρηστὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ χρίσματι ἀλείφεσθαι· καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προσφοιτᾷν· τῶν δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις διατρίβειν, οὗ ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται. τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν· καὶ ἀγοράζειν αὑτῷ μὲν μηδέν. ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπιστάλματα· καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον· καὶ μέλι Ὑμήττιον, εἰς Ῥόδον· καὶ ταῦτα

ποιῶν, τοῖς ἐν τῇ πόλει διηγεῖσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς, καὶ τίτυρον κτήσασθαι, καὶ Σικελικὰς περιστερὰς, καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους, καὶ *θυριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον· καὶ τοῦτο περιιὼν χρᾶν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιδείκνυσθαι. καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν, ἐπὶ τῶν θεωμένων, πρὸς ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.

γρ. θηριακὰς.

hęc ſe facere ſuis ciuibus narrat. Prętere a ſolet idē, ſimiam domi alere, ſatyrum emere, & columbas Siculas, necnon dorcadios talos, & Thyriacas ampullas ex illis quæ forma ſunt rotūda: item baculos ſiue ſcipiones ex obliquis Lacedæmone aduectos, necnon aulæum cui ſint Perſæ intexti. Habet etiam idem paruulū atrium puluere palæſtrico reſperſum, & ſphæriſterium: atque has ædium ſuarum partes ſolet ille obuio cuique vel è philoſophorum grege, vel ſophiſtarum, vel eorum qui ſe armis, aut muſico cantu exercent, commodare, vt ibi artis ſuæ periculum faciant: quod quidem dum illi faciunt, ipſe de aliquo è ſpectatoribus alij dicit, Eccum tibi cuius eſt hæc palæſtra.

DE

DE VÆCORDIA, ſiue perdita audacia.

ΠΕΡΙ ΑΠΟΝΟΊΑΣ.

VÆcordia eſt per quam aliquis & facere quiduis & loqui cōtra honeſtatem ſuſtinet. Homo autē is eſt qui iuſiurandū facilè ſuſcipiat: qui malè audire ac conuitiis proſcindi, ſuſque deque habeat. Moribus eſt veteratoris calidi improbiq;,& hominis ſpurci, ac quiduis audentis. Atque adeo non pudebit eum , ſaltare cordacem etiam ſobrium, & in comico choro perſonatum: & quum præſtigiæ ſpectantur, ad quémque ſpectantium adire & ſtipem æream exigere: ac ſi quis teſſeram afferēs, gratis ſpectare poſtulet, cum eo rixabitur. Cauponam quoq; exer-

ΗΔΕ ἀπόνοιά, ἐστιν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων. ὁ δὲ ἀπονενοημένος, τοιοῦτός τις οἷος ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος. τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις, καὶ ἀνασεσυρμένος, καὶ παντοποιός. ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ, καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν, καθ' ἕκαστον παριών. καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι, καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι. δεινὸς δὲ καὶ πανδοχεῦσαι, καὶ πορνο-

βοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, τὴν μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. καὶ τοῦτο δ᾽ ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιϊσταμένων τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλούντων, μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ διαλεγομένων πρὸς αὐτοὺς καὶ * λοιδορουμένων· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχὴν, τοῖς δὲ συλλαβὴν, τοῖς δὲ μέρος τοῦ πράγματος λέγει· οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι

γρ. λοιδορούντων.

cere, leno ac portitor coactórque esse solet: ac qui à nullo turpi artificio se abstineat, præco erit; coquus erit; aleator erit; matri suæ alimenta denegabit: furti etiam conuictus obtorto collo rapietur, atque in carcere diutius quàm in suis ædibus habitabit. Est etiam iste ex iis qui turbam circa se sistunt, & obuios ad se vocant, quibuscum voce magna & præfracta loquuntur, iisque maledicta ingerunt: atque illi interea partim accedunt, partim discedunt, priusquam quid sibi ille velit audierint: dum ille aliis principium, aliis vix syllabam, aliis partem aliquam de re tota refert: non aliter quàm in cele-

bri

bri hominum conuentu profligatum ac perditũ ingenium suum spectari postulans. Litibus etiam partim quæ ipsi intendũtur, partim quas ipse aliis intendit, solet esse implicitus: atq; in aliis absentiam suam iureiurando interposito excusare: ad alias iudicio se sistere, in sinu quidem scriniũ, præ manibus verò forensium libellorum fasciculũ habens. Quin etiam, quæ eius est insignita impudentia, ducem se rabulis forensibus præbet: ac mox illis pecunia fœnori data, pro vsura drachmæ cuiusque ternos semiobolos in dies exigit: sæpe etiam popinas & macella vbi pisces ac salsamenta væneunt, perrat: necnon quos è nundinatione sua nummos conficit, solet eos in buccam condere.

ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, ἢ ὄζαν ἢ πανήγυρις. ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ παρεῖναι· ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ οὐδ᾽ ἅμα πολλῶν ἀγοραίων στρατηγεῖν, καὶ εὐθὺς τούτοις δανείζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι, καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα. καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν.

ἐργώδεις γάρ εἰσι τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

Sunt ſanè iſtiuſmodi homines admodum difficiles: quorum quidem os ad conuitiandum facilè ſoluitur; atque id voce ita contenta, vt eorum clamoribus & forum, & omnes tabernæ perſonent.

ΠΕΡΙ ΛΑΛΙΑΣ.

DE LOQVACITATE.

Ἡ δὲ λαλιά, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου. ὁ δὲ λάλος, τοιοῦτός τις, οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν ἂν ὁτιοῦν πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι οὐδὲν λέγει. καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ, ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ * ἀποκρινο-

γρ. ἀποκρινομένῳ

Loquacitas autem, ſi quis eam definire velit, ſermonis intemperantia eſſe videatur. Loquax verò is eſt, qui ſoleat ei quicum verba facit, dicere, quicquid ille narrare inceperit, Nihil dicis: ſe rem omnem probè tenere: illum, ſi operam ſibi dare velit, intellecturum. Deinde reſponden

dentem interpellans, Tu, ait, ne obliuiſcaris eorum quæ dicturus eras: &, Factum bene quod in memoriam reuocaſti: &, Quàm iuuat interdum ſermones mutuos ſerere! &, Quod præterij: &, Celeriter tu quidem rem percepiſti: &, Pridem exſpectabam an eôdem mecum recideres: aliáſque huiuſmodi occaſiones loquendi captans, ne reſpirare quidem eos ſinit, quibuſcum loquitur. Ac poſtquam ſinguli ſunt ab eo ita enecti, tum ad eos accedere non veretur, qui plures vnà coierunt, eóſque de rebus ſeriis agentes, in fugam vertere. Sed & ludos ac palæſtras ingreſſus, vt ne tantùm pueri addiſcāt ſolet efficere,

μύθου, ὑποβάλλει, εἴπας σύ, μὴ * ἐπιλάθῃ ὃ μέλλεις λέγειν. καὶ, εὖγε ὅτι με ὑπέμνησας· καὶ, τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που· καὶ, ὃ παρέλιπον· καὶ, ταχύγε συνῆκας τὸ πρᾶγμα. καὶ, πάλαι σε παρετήρουν εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ. καὶ ἑτέρας ἀφορμὰς τοιαύτας πορίσασθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα. καὶ ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ, δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους καὶ συνεστηκότας πορευθῆναι, καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας. καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν τοσαῦτα, καὶ

* γρ. ἐπιλάθῃς

προσλαλεῖν τοῖς παι-
δοτρίβαις καὶ διδα-
σκάλοις· καὶ τοὺς ἀπιέ-
ναι φάσκοντας δεινὸς
προπέμψαι, καὶ ἀπο-
καταστῆσαι εἰς τὴν οἰ-
κίαν. καὶ πυθόμενος
τὰς ἐκκλησίας ἀπαγ-
γέλλειν· προσδιηγή-
σασθαι ἢ καὶ τὴν ἐπ᾽ Α-
ριστοφῶντος ποτὲ γενο-
μένην τοῦ ῥήτορος μά-
γρ. Λα- χην, καὶ τὴν * τῶν Λα-
κεδαι- κεδαιμονίων ἐπὶ Λυ-
μονίων σάνδρου· καὶ οὓς * πο-
γρ. τότε τε λόγους αὐτὸς εἶπεν
εὐδοκιμήσας ἐν τῷ
γρ. μέσῳ δήμῳ. * καὶ κατὰ τῶν
πληθῶν γε ἅμα διη-
γούμενος κατηγορίαν
παρεμβαλεῖν. ὥστε
τοὺς ἀκούοντας, ἤ τι
ἐπιλαθέσθαι, ἢ νυστά-
ξαι, ἢ μεταξὺ καταλι-
πόντας ἀπαλλάττεσθαι.

verba interea cũ corporum exercitatoribus ſeu pædotribis, & ludimagiſtris funditans. Si quis diſcedere ſe velle dicat, comitari ille, & domũ vſq; deducere ac proſequi. Si forte, quid ſit in cõcione actum, reſcierit, id aliis poſtea narrabit: tũ de eo prælio quod prętore Ariſtophonte nobilli illo oratore commiſſum eſt, longã narrationẽ contexet, itẽ, de ea pugna quæ à Lacedæmoniis duce Lyſandro eſt pugnata: & ſi quid ipſe vnquam pro concione cum aliqua ſua laude dixerit. Atque hæc narrans, ſimul in vulgus inuehetur: idq; tanto cũ audientium tædio, vt eorum alius quę ab ipſo dicuntur, obliuioni ſtatim mandet, alius dormitet, alius loquentem adhuc deſerat, diſcedátque.

Denique

Denique siue ad iudicãdũ cum alio sedeat, iudicare; siue ad spectãdũ, spectare; siue ad cibũ sumendũ, cibum sumere, cõsessorẽ impediet. Quippe, inquit, loquaci durũ est tacere: linguã enim tanquam in vdo habet: atque adeo præ quauis hirundine garrulus videri malit, quàm tacere: adeo se irrideri fert patienter: idq́ue vel à puerulis suis, qui somnum petituri iubeant ipsum aliquid sibi narrantem, verba facere: vt ita nobis, inquiunt, somnus obrepat.

DE FAMIGE-ratione, *siue* rumorum confictione.

FAmigeratio est factorum dictorũque ad arbitrium ipsius fin-

καὶ συνδικάζων δὲ, κωλῦσαι κρῖναι· καὶ συνθεωρῶν, θεάσασθαι· καὶ συνδειπνῶν, φαγεῖν· λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐστὶ σιωπᾶν, καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα. καὶ ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν, οὐδ᾽ εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος. καὶ σκωπτόμενος ὑπομεῖναι καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παιδίων, ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ.

ΠΕΡΙ ΛΟ-γοποιίας.

Η ΔΕ λογοποιΐα, ἐστὶ σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλε-

ται ὁ λογοποιῶν. ὁ δὲ λογοποιὸς, τοιοῦτος τις οἷος ἀπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν τὸ ἦθος, καὶ μειδιάσας, ἐρωτῆσαι, πόθεν σὺ, καὶ τί λέγεις; καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μὴν ἀγαθά γε ἐστι τὰ λεγόμενα. καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνασθαι, εἰπεῖν, τί λεγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοὶ σὲ εὐωχήσειν καινῶν λόγων. καὶ ἔστιν αὐτῷ ἢ στρατιώτης, ἢ παῖς Ἀστείου τοῦ αὐλητοῦ, ἢ Λύκων ὁ ἐργολάβος παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης, οὗ φησὶν ἀκηκοέναι. αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσιν

gentis confictio. Famigerator autem is eſt qui obuius amico factus, ſtatim mutato vultu ac renidens, interroget, Vnde tu, & quid ais? &, Habéſne ſuper hoc noui quicquam? & pergens interrogare, Nihílne, inquit, noui dicitur? atqui fauſta ſanè ſunt & læta, quæ vulgò narrantur: tum autem priùs quàm ille reſpondeat, Quid ais, inquit, nihil audiuiſti? Ergo ego te, ſicut video, rerum nouarum epulis lautè excipiam. Ac ſtatim eſt illi aut miles aliquis, aut Aſtei tibicinis puer, aut manceps Lyco qui ex ipſo prælio ſit reuerſus, à quo ſe dicat audiiſſe: auctores ſiquidem ille tales eorum quæ dictitat profert,

fert, quos nemo queat arguere. Refert autẽ accepiſſe ſe ab illis, Polyſperchontẽ cum rege hoſtes prælio fudiſſe, & ſuperaſſe: Caſſandrúmque viuũ in hoſtium poteſtatẽ veniſſe. Quòd ſi quis ei dicat, Tu autẽ hæc credis? Imò, inquiet; rem enim clariſſima omnium voce tota vrbe ferri; rumorem creſcere; omnes cõgruere; eadem enim de prælio ab omnibus narrari: magnum nimirum ea pugna fartũ eſſe factum. Idque ſe ex eorum etiam vultu, qui rem gerunt publicã, colligere: quẽ viderit ipſis penitus immutatum. Addit deinde ſe inaudiſſe, quendam qui ex Macedonia aduenerit, quiq; omnibus quæ geſta ſunt interfuerit, quintum iam diem ab illis domi oc-

αὐτοῦ, ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαβέσθαι. διηγεῖται δὲ τούτους φάσκων λέγειν, ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς * μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσανδρος ἐζώγρηται. κἂν εἴπῃ τις αὐτῷ, Σὺ δὲ ταῦτα πιστεύεις; φησί· τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν λόγον ἐπεντείνειν. καὶ πάντα γὰρ συμφωνεῖν. ταὐτὰ λέγειν περὶ τῆς μάχης· καὶ πολὺν τὸν * ζωμὸν γεγονέναι. εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ὁρᾶν γὰρ αὐτῶν πάντων μεταβεβληκότα. λέγει δ' ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα

γρ. μάχην

γρ. φόνον

ταῦτα

ταῦτα εἶδε. καὶ ταῦτα διεξιὼν, πῶς οἴεσθε; πιθανῶς σχετλιάζει. λέγων, δυστυχὴς Κάσσανδρος! ὦ ταλαίπωρος! ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης. ἀλλ' οὖν ἰσχυρὸς γενόμενος. καὶ, γρ. αὐτὸν δεῖ δὲ * αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι. πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων. Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι, τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν· οἱ δ' ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες,

cultari. Atque vbi hæc commemorauit, miserationes adiicit : at scin quomodo? sanè quã persuasibiliter. O infelicem, inquiens, Cassandrũ ! O virum ærumnosum ! En Fortuna quid possit. at fuit certè Cassander prępotens. Te verò, ait, tacitum hoc tecum habere oportet. ipse autẽ ad ciuiũ vnumquẽque accurrit, vt ei omnia narret. Equidẽ mirari soleo quid sibi homines hoc genus falsis rumoribus fingendis spargendísque velint: quæ res, vt taceam mendacij turpitudinem, non rarò ipsis incommoda euenit. Factum enim sæpe, vt dum isti in balneis cõcursus facerent, vestes interea suas furto amitterẽt: alij dum in porticu aut pedestri aut nauali prælio vincunt , quòd

vadi

vadimonium non ſtitiſſent, grauiter multati ſunt. Quibuſdam etiam, dũ vrbes verbis ſuis fortiter caperent, cœna interea loci periit. Enimuero miſera eſt iſtorum vita & cõditio: nam quæ porticus eſt, quæ officina, quæ fori pars, in qua dies non traducant integros, magno cum audientium, quos falſis ſuis narrationibus obtũdunt, tædio?

ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν· εἰσὶ δ᾽ οἱ καὶ πλεῖστοι λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν. πάνυ δὴ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα. ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν, ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις;

DE IMPVdentia.

IMpudentiam definire licet, famæ neglectum turpis queſtus gratia. Impudens autem is eſt, qui ſolet pecuniam mutuò rogaturus ad eum accedere, cuius

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙσχυντίας.

Η ΔΕ ἀναισχυντία ἐστὶ μὲν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους. ὁ δὲ ἀναίσχυντος, τοιοῦτος οἷος πρῶτον μὲν ὃν ἀποστερεῖ, πρὸς

τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι· εἶτα θύσας τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δειπνεῖν παρ᾽ ἑτέρῳ, τὰ δὲ κρέα ἀποτιθέναι ἅλσι πάσας· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι, ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρας κρέας καὶ ἄρτον, καὶ εἰπεῖν ἀκουόντων πάντων, εὐωχοῦ τίμιε. καὶ ὀψωνῶν δὲ, ὑπομιμνήσκειν τὸν κρεωπώλην, εἴ τι χρήσιμον αὐτῷ γέγονε. καὶ ἑστηκὼς πρὸς τῷ σταθμῷ, μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὀστοῦν εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβάλλειν· καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει. εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς

aliquid per fraudem detineat: deinde quum sacra diis facit, carnes victimæ suæ sale aspersas, condit, ipse apud alium cœnans: atque ibi pedisequũ suum cõpellans, sublatis de mẽsa carniũ frusto, & pane, in omniũ auribus, Tu vir honeste, inquit, epulare hilariter. Quando obsonatur, lanium meminisse iubet, si vlla vnquam in re fuerit de eo bene meritus: deinde autẽ trutinæ assistens, principio quidem carnes; sed si id non possit, os saltem aliquod in lancẽ iniiciet: quod si auferre queat, id optimè: si non, tum ille è mensa vel aliquod intestinorum frustum rapiet, & cum risu discedet. Iam si peregrinis apud se diuertẽtibus locum in theatro ad spectandum

ctandũ emerit, ipſe quoque nullo pro capite ſuo dato ære ſpectatum veniet: quinetiam liberos ſuos cum pædagogo eôdem ſecum poſtero die ducere non dubitabit. Quæcunque autem paruo empta ferentem aliquem viderit, ſibi quoque communicari iubebit. Et vbi ad ædes alienas venerit, vel ordeum, vel, ſi vſus ita tulerit, paleã mutuaturus, eos cogет à quibus acceperit, id quod dederint, domum ſibi apportare. Sæpe etiã in balneis ad aëna accedens poſtquam arytænã merſam repleuit, ſeſe ipſe, nõ ſine magno balneatoris clamore, perfundit: dein diſcedens, Laui, inquit: & ad balneatorem conuerſus, Ego verò, ait, gratiam tibi nullam.

τὸ μέρος, θεωρεῖν. ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν, καὶ τὸν παιδαγωγόν. καὶ ὅσα ἐωνημένος ἄξιά τις φέρει, μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. καὶ ταῦτα χρήσαντας, ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν. δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ βάψας ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς * αὐτοῦ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται, ἀπιών· κἀκεῖ, Οὐδεμία σοι χάρις. [γρ. αὐτὸν]

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΛΟΓΙΑΣ.

Ἡ δὲ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν. ὁ δὲ μικρολόγος, τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, καὶ συσσιτῶν ἀριθμεῖν πόσας κύλικας ἕκαστος * πέπωκε. καὶ ἀπάρχεσθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν συνδειπνούντων. καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν. καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, οἷος με-

γρ. ἐκπέπωκε.

DE SORDIDA parsimonia.

Sordida parcimonia est studium parcendi sumptibus vltra modum. Sordidè parcus is est, qui *à sodalibus apud se conuiuia agitare solitis*, tanquam pro menstrua domus pensione semiobolum exigat: & in conuiuio quot quisque calices educat, numeret: qui etiã ex omnibus cõuiuis Dianæ minima libamenta offerat. Iam quæcunque ei quispiam fert impensa, etsi paruo empta, nimio tamen constare dicet. Si famulus ollam aut patinam fregerit, de eius demenso tãtum detrahet, quanti erat quod fractum est. Quòd si vxor trichalcum amiserit, ille verò omnem

suppel

ſupellectilem, lectos etiam, atque capſas loco mouebit, & omnia ſtragula ſcrutabitur. Quicquid vendit, tanti vẽdit, vt emptori ea res cedere bono non queat. Ficum de ſuo horto neminẽ guſtare ſiuerit: neminẽ per fundum ſuum trãſire: aut vllam cadiuam oliuam, palmulámve auferre. quotidie terminos inſpectat ſuos, ecquid immoti eodem loco iidem maneãt. Porrò autem debitum ſi quis die præſtituta non ſoluerit, pœnam pro mora, atque adeo vſuræ vſuram ſolet exigere. Populares conuiuio accipiens, minutas apponet carnes: quúmque ad obſonandum exierit, ſæpe vacuus domũ reuertetur. Vxori ſolet edicere, ne cuiquã ſalem aut ellychnium,

ταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα. καὶ ἐάν τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ. καὶ οὐκ ἂν ἐάσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου, οὔτε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι, οὔτε ἐλάαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ πεπτωκότων ἀνελέσθαι. καὶ τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί. δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκου· καὶ ἑστιῶν δημότας, μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι· καὶ ὀψωνῶν, μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν. καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ μήτε ἅλας χρωννύειν, μήτε ἐλλύχνιον,

μήτε κύμινον, μήτε ὀρίγανον, μήτε οὐλὰς, μήτε στέμματα, μήτε θυλήματα· ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τοῦ ἐνιαυτοῦ. καὶ τὸ ὅλον δὲ, τῶν μικρολόγων καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἐστὶν ἰδεῖν εὐρωτιώσας καὶ κλεῖς ἰωμένας· καὶ αὐτοὺς δὲ φοροῦντας ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐκ ληκυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους, καὶ ἐν χρῷ κειρομένους, καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους, καὶ πρὸς τοὺς γναφεῖς διατεινομένους, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται ταχύ.

aut cyminum, aut origanum, vel etiam farris quicquam, vel corollam vllam, vel libum vllum commodet: Magnam enim, inquit, parua hæc tandem in anno summam efficiunt. In summa, sordidorum istorum hominum loculos videas situ obsitos, claues ferrugine illitas. Ipsos quinetiam videre licet vestes gestare intra quã modicas: guttulos ex quibus vngantur, paruulos habere: capite esse, ad cutem vsque attonso: calceos medio die exuere: & cum fullonibus obnixè agere, vt ad poliendam suam vestem, cretæ multũ adhibeant, ne sordes facilè contrahat.

DE

DE IMPVRITATE, *siue* moribus impuris.

IMpuritatem verò definire non est difficile: Est siquidem iocus ludúsve euidens nimis ac flagitiosus. Impurus verò is est, qui si in liberas mulieres incidat, veste subducta pudenda illis ostendat. In theatro reliquis tacentibus, ipse plaudit: & quos alij libenter spectant, ipse sibilis consectatur: & toto theatro ad spectandum intento, ipse resupinato corpore ructat, vt qui sedent, oculos auertere necesse habeant. Ac quando maximè frequens est forum, ad nuces, mala, & reliquos omnis generis fructus accedens, ibíque stans, de iis come-

ΠΕΡΙ ΒΔΕΛΥΡΙΑΣ.

ΟΥ̓ χαλεπὸν δὲ ἐστὶ τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι. ἔστι γὰρ παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιστος. ὁ δὲ βδελυρὸς, τοιοῦτος οἷος ἀπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον. καὶ ἐν θεάτρῳ κροτεῖν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίττειν οὓς ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποί. καὶ ὅταν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγεῖν, ἵνα τοὺς καθημένους ποιήσῃ μεταστραφῆναι. καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἑστηκὼς τραγηματίζεσθαι ἅμα

τοῖς πωλοῦσι προσ-
λαλῶν. καὶ καλέσαι δὲ
τῶν παριόντων ὀνομα-
στί τινα, ᾧ μὴ συνήθης
ἐστί. καὶ σπεύδοντά δέ
που ὁρῶν, περιμεῖναι
κελεῦσαι. καὶ ἡττωμέ-
νῳ δὲ μεγάλην δίκην
ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικα-
στηρίου προσελθεῖν, καὶ
συνησθῆναι· καὶ ὀψω-
νεῖν ἑαυτὸν, καὶ αὐλη-
τρίδας μισθοῦσθαι. καὶ
δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαν-
τῶσι τὰ ὠψωνημένα,
καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ
ταῦτα. καὶ διηγεῖσθαι
προσστὰς πρὸς κουρεῖον,
ἢ μυροπώλιον, ὅτι με-
θύσκεσθαι μέλλει. καὶ οἰ-
νοπωλῶν, κεκραμέ-
νον τὸν οἶνον τῷ φίλῳ
ἀποδόσθαι. καὶ ἐπὶ θέαν
ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύε-
σθαι, ἀπὼν τοὺς υἱεῖς,

dit, ſermones interea cũ eorum venditore ſerens. Non etiam dubitat prætereuntium aliquẽ, nulla ſibi familiaritate iunctum, nominatim cõpellare: & ſi quẽ aliquò properantem videat, iubebit exſpectare. Solet etiã ad eum qui in grandis pecuniæ iudicio cauſa ceciderit, redeuntem è iudicio, accedere, & ei gratulari: quũq; ſibi opſonia emerit, & tibicinas cõduxerit, vt cuiq; obuius fuerit factus, obſonia illi oſtẽdere, & ad ea inuitare. idemq; ad tonſtrinam aut tabernam vnguentariã aſtans, narrat velle ſe mox ad ebrietatem vſq; bibere. Vinũ vendens, etiam amico dilutum dabit. Ad ludos, quãdo maximè ſpectandum eſt, liberos ſuos ire non ſinit: tunc ſinit, quando gratis per

theatro

theatrorum redemptores licet ſpectare. Cùm legatus peregrè proficiſcitur, relicto domi viatico quod publicè accepit, à legationis ſociis mutuò rogabit. Moris etiã habet famulũ itineris comitẽ, onerare quidem ſarcinis ſupra modũ, victum verò ei ſuppeditare anguſtè nimis & infra modũ. Lautia ſi cum aliis acceperit, ſuã portionem petet, vt eam ſtatim vendat. In balneis lauans, puerulo appellato, Nam hercule tu, inquit, oleum nimis rancidum mercatus es: & ſimul alieno ſe inungit. Quòd ſi quos pueri nummos æreos, vt fit, in via repererint, partẽ inde ſibi poſcet, illud vſurpãs, Mercurium eſſe cõmunẽ. Eiuſdẽ hominis ſunt hæc quoque. Phidonia

ὠνίκα πρῶτα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι. καὶ ἀποδημῶν δημοσίᾳ, τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν, παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείζεσθαι. καὶ τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν, καὶ ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν. καὶ ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος τὸ αὑτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι. καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ εἰπών, σαπρόνγε τὸ ἔλαιον ἐπρίω, τῷ παιδαρίῳ· τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος, κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν. τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα· Φειδωνίῳ

μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια, σφόδρα ἀποψῶν, ὑποπρίασθαι. ἀμέλει δὲ καὶ χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν, ἔλαττον τέτταρσι δραχμαῖς ἀποδιδόναι καὶ φράτερας ἑστιῶν, αἰτεῖν τοῖς αὐ-
γρ. κ. τοῦ παισὶν ἐκ τοῦ* κοι-
ἄρτου. νοῦ ὄψον. τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν ῥαφανίδων ἀπογράφεσθαι, ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσιν.

mẽsura si quid metiatur, eã adhibet, cuius sit fundum collisum & introrsus adactum: domesticis suis demensum ipse per qu m studiosè radẽs metitur ..... & si triginta minas soluere habeat, vt quatuor tamen drachmæ de solido desiderentur, operam dabit. quando etiam tribuleis conuiuio accipit, solet pueris suis obsonia è communi postulare: dimidiatos verò raphanos, si qui fortè de mensa tollantur, annotat, ne eos pueri ministrantes capiant.

ΠΕΡΙ ΑΚΑΙΡΙΑΣ.

Ἡ μὲν οὖν ἀκαιρία, ἐστὶν ἐπίτευξις λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας.

DE INTEMPESTIUITATE, *siue* inscitia temporis.

INtempestiuitas est cõgressio molesta iis quibuscum cõgrediaris.

Homo

Homo autem intempeſtiuus is eſt,qui ad amicũ occupatũ accedens, velit re cõmunicata cum illo deliberare: quiq; ad amicam ſuam febri laborantem veniat comeſſatum. Solet etiam eum qui iam antè fuerit ex ſponſu cõdemnatus, adire,rogãs vt pro ſe quoq; intercedere velit. & ad dicendum teſtimonium tunc venit quum res eſt iudicata: ad nuptias vocatus, in mulierum genus inuehitur. Eos qui è longinquo itinere modò aduenerint, ad deambulandũ ſecum inuitat: re iã vendita emptorem adducit qui pluris ſit empturus. Sæpe etiam è medio hominum ſibi aſſidentium ſurgit,vt rẽ illis orſus à capite exponat,quã omnes iam audiuerint ac pernorint: &

ὁ δὲ ἄκαιρος, τοιοῦτός τις, οἷος ἀσχολουμένῳ προσελθὼν ἀνακοινοῦσθαι, καὶ πρὸς τὴν αὑτοῦ ἐρωμένην κωμάζειν πυρέττουσαν. καὶ δίκην ὠφληκότα ἐγγύης προσελθὼν, κελεῦσαι αὐτὸν ἀναδέξασθαι. καὶ μαρτυρήσων παρεῖναι, τοῦ πράγματος ἤδη κεκριμένου. καὶ κεκλημένος εἰς γάμους, τοῦ γυναικείου γένους κατηγορεῖν. καὶ ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι, παρακαλεῖν εἰς περίπατον. δεινὸς δὲ καὶ προσάγειν ὠνητὴν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι. καὶ ἀκηκοότας καὶ μεμαθηκότας ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων. καὶ

προθυμος δὲ ἐπιμεληθῆναι ἃ μὴ βούλεταί τις γίνεσθαι, αἰσχύνεται ἢ ἀπείπασθαι. καὶ θύοντας καὶ ἀναλίσκοντας, ἥκων τὸ μέρος ἀπαιτήσων. καὶ μαστιγουμένου οἰκέτου παρεστὼς, διηγεῖσθαι ὅτι καὶ αὐτοῦ ποτὲ παῖς οὕτω πληγὰς λαβὼν ἀπήγξατο. καὶ παρὼν διαιτητὴς, συγκρούειν, ἀμφοτέρων βουλομένων διαλύεσθαι. καὶ ὀρχησάμενος ἅψασθαι ἑταίρου μηδέπω μεθύοντος.

queę nollet quidē aliquis, ſed denegare tamen erubeſcit, ad illa curanda, promptus eſt. Ad eos qui ſacra faciunt, & epulas concelebrant, accedit, vt aliquam inde partem auferat. Quòd ſi præſente eo famulus cædatur; ſibi quoq; puerum aliquãdo fuiſſe narrabit, qui ſimiliter virgis cæſus ſe ſuſpẽderit. Idē captus arbiter, duos litigantes, quorum vterq; rem tranſigi optat, inter ſe cõmittet. Deniq; ſaltaturus, ſocium manu prehendit, qui nondum ſit vino madidus.

ΠΕΡΙ ΠΕΡΙΕΡΓΙΑΣ.

DE SEDVLITATE inepta.

ΑΜΕΛΕΙ περιεργία δόξειεν εἶναι προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων,

Περιεργία, (quã liceat ſedulitatē ineptam dicere) eſt dictorũ factorúmq; ſimulatio cũ ſignificatione

ficatione beneuolentiæ. Mores eiuſmodi hominis ita ſunt. Facilè ſurgẽs è medio, in ſe recipit, quibus pręſtandis par nõ ſit: rem quæ omniũ confeſſione iuſta eſt, pluribus verbis, in aliquo inhęrẽs, docere inſtituit, nullo modo poſſe argui. Puerũ vini ampliùs miſcere cogit, quàm quantũ omnes qui adſunt cõuiuæ, queãt ebibere. Cõtẽdentes pugnanteſq; inuicem inſtigat. Solet etiam viã præire, quã ignoret ipſe: cuius quidem exitum mox inuenire nequeat: & ad ductorẽ exercitus accedẽs, rogare, ecquando ſit aciem ad dimicandũ inſtructurus: necnõ quid in perendinum diem imperet: & ad patrem veniẽs, En, inquit, mater in cubiculo iam dormit. Ac

μετ' εὐνοίας. ὁ δὲ περίεργος, τοιοῦτός τις, οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστὰς ἃ μὴ δυνήσεται. καὶ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι, ἔν τινι στὰς ἐλεγχθῆναι. καὶ πλείω δὲ ἐπαναγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι ἢ ὅσα δύνανται οἱ παρόντες ἐκπιεῖν. καὶ διεγείρειν τοὺς μαχομένους, καὶ ἧς οὐ γινώσκει ἀτραποῦ ἡγήσασθαι, εἶτα μὴ δύνασθαι * εὑρεῖν οὗ πορεύεται. καὶ τὸν στρατηγὸν προσελθὼν ἐρωτῆσαι, πότε μέλλει παρατάττεσθαι, καὶ τί μετὰ τὴν αὔριον παραγγέλλει. καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ μήτηρ ἤδη καθεύδει ἐν τῷ δωματίῳ. καὶ

* γρ. ἀνευρεῖν τοῦ

ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ μαλακιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν, εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα. καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς, καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποδαπή ἐστι. καὶ προσεπιγράψαι ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. καὶ ὀμνύναι μέλλων, εἰπεῖν πρὸς τοὺς περιεστηκότας, ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα.

quum vini vſum ægroto medicus interdixerit, ſolet hic illum quaſi periculi faciendi cauſa ad bibendum componere. Quòd ſi vxor obierit, monumento eius & mariti & patris &matris, nomina inſcribet, itemq́ cuias ipſa ſit : tum hoc elogium inſuper adiiciet, SINGVLARI OMNES ISTI PROBITATE ERANT. Idem ſi iuſiurandum adigatur, conuerſus ad circunſtantem turbam, Ego verò, inquit, iam antè ſæpius iuraui.

DE

DE STVPIDITATE.

STupiditatem quoq; definire poſſis, vt ſit animi tarditas, ſeu dicendum, ſeu faciendum ſit aliquid. Stupidus verò is eſt, qui ſedẽs ad calculos, poſtquam rationes putauit, & ſummã ſubduxit, roget eũ qui ſibi aſſidet, Sũma quanta eſt? Ac quũ ei litem aliquis intẽderit, vbi ad diem illũ ventum eſt, quo diſceptari cauſa debet, eius oblitus, in agrum proficiſcitur. Sæpe etiam ſedens in theatro ad ſpectandũ, diſcedentibus aliis ſomno obrutus ibi relinquitur: idem quum ſe cibis ingurgitarit, noctu ſurgens, vt ad ſellas eat, in vicini canem incidit, à quo mordetur. Idem quod ac-

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΘΗΣΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος, τοιοῦτός τις οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις, καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾶν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται; καὶ δίκην φεύγων, καὶ ταύτην εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ, μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων. καὶ πολλὰ φαγὼν τῆς νυκτὸς, καὶ ἐπὶ θάκου ἀνιστάμενος, ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς,

τοῦτο

τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύ-
νασθαι εὑρεῖν. καὶ ἀ-
παγγέλλοντός τινος
αὐτῷ ὅτι τετελεύ-
τηκέ τις αὐτοῦ τῶν φί-
λων, ἵνα παραγένη-
ται, σκυθρωπάσας
καὶ δακρύσας, εἰπεῖν,
Ἀγαθῇ τύχῃ. δεινὸς
δὲ καὶ, ἀπολαμβά-
νων ἀργύριον ὀφειλό-
μενον, μάρτυρας πα-
ραλαβεῖν. καὶ χειμῶ-
νος ὄντος μάχεσθαι
τῷ παιδὶ, ὅτι σικύους
οὐκ ἠγόρασε· καὶ τὰ
παιδία ἑαυτοῦ πα-
λαίειν ἀναγκάζων, καὶ
τροχάζειν, καὶ εἰς κό-
πους ἐμβάλλειν. καὶ ἐν
ἀγρῷ αὐτοῖς φακῆν
ἕψων, δὶς ἅλας εἰς
τὴν χύτραν ἐμβάλ-
λων, ἄβρωτον ποιῆ-
σαι. καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς,
εἰπεῖν, Ἡδύγε τῶν ἄ-
στρων νομίζει, ὅτι δὴ

ceperit ipse ac recondiderit, id ipsum quærere solet, reperire autem non potest. Quumq; nunciatur illi obiisse aliquem ex familiaribus ipsius, vt veniat exequias, tum ille vultu ad mœstitiam cōposito, lacrymas etiam fundens, Bene, inquit, eueniat. Debitas autem pecunias recipiens, testes sibi adsciscit: & vigente hyeme, cū famulo quòd cucumeres non emerit, iurgatur. Puerulos quinetiam suos, vt lucta se exerceant, cursu contendant, vsque ad fatigationem cogere solet. In agro lentem ipse coquens, sale bis in ollam iniecto, vt mādi nequeat, efficit. cúmque à Ioue pluit, Sanè quàm, inquit, siderū aqua suauis mihi videtur. . . . . . .

Roga

. . . . . . Rogatus ab aliquo, Ecquot putet Sacra porta elatos mortuos: Quot vtinam, respondens ait, ego & tu haberemus.

καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι * πόσης. καὶ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.

* γρ. πέσσης.

DE CONTVMACIA *siue* ferocitate.

Contumacia est verborum in congressionibus & vitæ quotidianæ vsu duritas. Homo contumax ita est comparatus, vt si quis ex ipso sciscitetur, Vbi est ille? respondeat, Ne sis mihi molestus. salutatus, salutare inuicem negligit. cumque aliquid vendit, indicare quidē merces suas, interrogatus Quanti? nō dignatur: verùm ipse potiùs emptorē interrogat, Ecquid in-

ΠΕΡΙ ΑΥΘΑΔΕΙΑΣ.

Ἡ δὲ αὐθάδειά, ἐστιν ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις. ὁ δὲ αὐθάδης, τοιοῦτός τις οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα ποῦ ἐστιν, εἰπεῖν, Πράγματά μοι μὴ πάρεχε. καὶ προσαγορευθεὶς, μὴ ἀντιπροσειπεῖν. καὶ πωλῶν τι, μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις, πόσου ἂν ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾶν τί εὑρίσκει. καὶ τοῖς τιμῶσι,

μῶσι, καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς, εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα. καὶ οὐκ ἔχων συγγνώμην οὔτε τῷ ἀπώσαντι αὐτὸν ἀκουσίως, οὔτε τῷ ὤσαντι, οὔτε τῷ ἐμβάντι. καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη, ὕστερον ἥκειν φέρων, καὶ λέγειν ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. καὶ προσπταίσας ἐν τῇ ὁδῷ, δεινὸς καταράσασθαι τῷ λίθῳ. καὶ ἂν ὑπομεῖναι, οὐκ ἂν προσμεῖναι πολὺν χρόνον οὐδένα. καὶ οὔτε ᾆσαι, οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι. δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι.

ueniat damnandum. Religiosis quoque hominibus, & qui ad festa solennia diis dona mittunt, dicere solet minimè gratis datum ipsis iri, *si quid diuino acceperint munere.* Si quis illũ vel inuitus, aut expulerit, aut pepulerit, aut pede presserit, nõ est exorabilis. Et cùm amico dixerit, collationẽ pecuniæ ab ipso petenti, nihil se daturũ, postea ipse vltro afferet, dicetq; , Velle se hãc quoq; pecuniã perdere. In via si ad lapidem offenderit, maledicet illi. Et vt aliquando subsistat alicuius expectandi causa: nunquam tamen diutius cuiquam præstolabitur. Idem, vt cantet in cõuiuiis, aut vice sua recitet, aut saltet, adduci non potest. Postremò diis ipsis vota facere non curat.

DE

DE SVPERSTItione.

SVperstitionẽ ſanè definire poſſumus, meticuloſum erga numen affectũ. Superſtitioſus verò is eſt, qui elotis manibus, & aqua luſtrali aſperſus è tẽplo, foliũ lauri ore prehẽſum tenens, integrum diem ita ambulet. Si viam muſtela eo ingrediente tranſcurrerit, non antè progredietur quàm alius prior tranſierit, aut ipſe tres lapides trãs viã miſerit. Serpentes ſi viderit in ędibus, ſacellum eo loco exſtruet. Lapides vnctos qui ſunt in triuiis, ſolet oleo ex ampulla perfundere: nec priùs diſcedere quàm poſito genu eos fuerit veneratus. Quòd ſi

ΠΕΡΙ ΔΕΙΣΙδαιμονίας.

ΑΜΕΛΕΙ ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν εἶναι δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον. ὁ δὲ δεισιδαίμων, τοιοῦτός τις οἷος ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ, δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν, οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν· καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν περιδράμῃ γαλῆ, μὴ πρότερον πορευθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τὶς, ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαλάβῃ. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις, παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν. καὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας, ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ἐὰν

μῦς

μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾶν τί χρὴ ποιεῖν. καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀπορράψαι, μὴ προσέχων τούτοις, ἀλλ' ἀποτραπεὶς ἐκδύσασθαι. καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαρεῖν. καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι, οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτε ἐπὶ λέχει. καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας, πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. καὶ τελεσθησόμενος, πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ γυνὴ, μετὰ

mus fortè farinæ follẽ arroserit, adit ad interpretẽ, & quid facto sit opus eũ percontatur: qui si respõdeat, cerdoni nimirũ tradendum esse illum follem, vt sarciatur: superstitiosus iste neglecto arioli responso, religioni rem habens, exinanitum saccum à se amolietur. Solet etiam domum crebrò purificare: sepulchrũ nullũ insistere: ad defunctorum iusta nullus accedere: neq; item ad vllã vnquam puerperam. Insomniũ porrò si viderit, pergere ille ad somniorum interpretes, ad diuinos, ad augures, sciscitaturus, cui deo, cui deæ vota sint facienda. Et vt sacris initietur, ad Orpheotelestas quot mensibus cum vxore: aut si vxori non vacet, cum

nutrice

nutrice & filiolis ſuis, itat. Præterea in compitis antè quàm inde diſcedat, aqua in caput aſperſa ſe luſtrat. Piatricibus quin-etiam aſcitis, iubet ſe ſquillæ aut catuli circũlatione purgari. Quòd ſi quem mente captum aut comitialem viderit, ſolet inhorreſcens in ſinum ſibi deſpuere.

τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων. καὶ ἐπὶ τοῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι. καὶ ἱερείας καλέσας, σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περικαθᾶραι· μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι.

DE QVERELA, *ſiue* iniqua querulitate.

ΠΕΡΙ ΜΕΜΨΙΜΟΙΡΙΑΣ.

QVerela iniqua, eſt expoſtulatio nullo iure facta. Hominis autem queruli mores iſtiuſmodi ſunt, vt ſi ad eũ amicus portionẽ aliquam è cõuiuio miſerit, dicat ei qui afferat, Hoc illud eſt quòd ego ad cœnam non ſum vocatus: inuidiſti nimirum mihi iuſculum & villum tuum. & cùm illũ

ἜΣΤΙ δὲ ἡ μεμψιμοιρία, ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον δεδομένη. ὁ δὲ μεμψίμοιρος, τοιόσδε τις οἷος, ἀποστείλαντος μερίδα τοῦ φίλου, εἰπεῖν πρὸς τὸν φέροντα, Ἐφθόνησάς μοι τοῦ ζωμοῦ, καὶ τοῦ οἰναρίου, οὐκ ἐπὶ δεῖπνον καλέσας· καὶ ὑπὸ τῆς

ἑταίρας καταφιλούμενος, εἰπεῖν, Θαυμάζω εἰ σὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς. καὶ τῷ Διῒ ἀγανακτεῖν οὐ διότι ὕει, ἀλλὰ διότι ὕστερον. καὶ εὑρών τι καὶ ἐν τῇ ὁδῷ βαλάντιον, εἰπεῖν, Ἀλλ' οὐ θησαυρὸν εὕρηκα οὐδέποτε. καὶ πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον, καὶ πολλὰ δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντος, Θαυμάζω, εἰπεῖν, ὅτι ὑγιὲς οὕτω ἄξιον ἐώνημαι. καὶ πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον ὅτι υἱός σοι γέγονεν, εἰπεῖν, ὅτι ἂν προσθῇς, καὶ τῆς οὐσίας τὸ ἥμισυ ἄπεστιν, ἀληθῆ ἐρεῖς. καὶ δίκην νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους, * ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον, ὡς πολλὰ παραλε-

γρ. ἐγκαλεῖ

amica etiã & etiam suauiatur, Miror, inquit, si tu ex animo ista mihi des basia. Ioui succenset, non modò si non pluat: sed etiam si serius. cúmq; in via crumenam inuenit, Ego verò, ait, thesaurum nullus vnquam reperi. Similiter quũ paruo mancipium emerit, vt pote exorato multis precibus venditore, Mirum sanè, inquit, si tantulo quicquã emerim quod sit alicuius pretij. Iam si quis lætum illum nuntium ipsi afferat, Filiolo, inquiens, auctus es: Adiice, ait ille, Et dimidia bonorũ pars tibi periit, tum quod res est dixeris. Idem postquam in iudicio omnium calculis vicit, nihilominus tamen de eo cõqueritur, qui orationẽ scripsit quã pro se habuit, vt qui multa ipsius

tã ipsius iusta omiserit. Iã si ad subleuandam ipsius egestatẽ amici pecunias cõtulerint: & dicat deinde aliquis, Nunc esto hilaris: Quo pacto esse possum? inquiet: cùm & singulis sua sit pecunia reddenda: & hoc amplius gratiæ cuique tanquam pro accepto beneficio habendæ?

λοιπόν τι τῶν δικαίων. καὶ ἐράνου εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων, καὶ φήσαντός τινος, Ἱλαρός ἐστι· καὶ πῶς, εἰπεῖν, ὅτε δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, καὶ χωρὶς τούτων, χάριν ὀφείλειν ὡς εὐηργετημένον;

DE DIFFIDENTIA.

Diffidentia est per quam omnes fraudis suspectos habemus. Diffidens autem is est, qui si ad emenda obsonia puerum miserit, aliũ mox mittat, qui percõtetur quãti emerit. Si ferat ipse pecunias, solet eas singulis stadiis numerare.

ΠΕΡΙ ΑΠΙΣΤΙΑΣ.

ΕΣΤΙΝ ἀμέλει ἀπιστίας, ὑπόληψίς τις ἀδικίας κατὰ πάντων. ὁ δὲ ἄπιστος, τοιοῦτός τις οἷος, ἀποστείλας τὸν παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον πόσου ἐπρίατο, καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον, καὶ κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί.

καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾶν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιοῦχιον, καὶ εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται. καὶ ἐὰν ἐκείνη φῇ, μηδὲν ἧττον αὐτὸς ἀναστὰς γυμνὸς ἐκ τῶν στρωμάτων, καὶ ἀνυπόδητος, τὸν λύχνον ἅψας, ταῦτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι, καὶ οὕτω μόλις ὕπνου τυγχάνειν. καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον, μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους, ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι. καὶ τὸ ἱμάτιον δὲ ἐκδοῦναι δεινὸς, οὐχ ὡς βέλτιστα ἐργάσεται, ἀλλ' ὅταν ἦ ἄξιος ἐγγυητὴς τοῦ κναφέως. καὶ ὅταν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι.

Cubans in lecto, vxorem interrogat an capſam bene clauſerit: an probè ſit arca obſignata: an veſtibuli foribus peſſulus ſit obditus: ac licèt affirmet illa, nihilo tamen ſecius, nudus ac diſcalceatus è lecto ſurgens, accenſa lucerna, obire ſingula & inſpicere pergit, ac vix ita tãdem ſomno ſe dedere. Ad debitores ſuos fœnus ſortis exacturus, cum teſtibus accedit: ne inficias videlicet ire poſſint. Veſtem poliendam dealbãdámque, non ei dare ſolet qui fullo ſit optimus: ſed ei qui fideiuſſorẽ det idoneum. Quòd ſi quis pocula ab ipſo commodatò roget, ſolet ille maximè quidem, non

dare: *aut si quando det, continuò repetere.* Puerũ à pedibus iubet non à tergo sequi, sed ante se ambulare: ne possit ille inter eũdum fugã capessere, hac ratione cauens. Postremò iis qui cùm aliquid ab ipso sumserint, dicunt illi, Refer in rationes: Imo, ait, depone: non enim vacat mittere flagitatum.

δοῦναι· καὶ τὸν παῖδα ἢ ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτοῦ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ' ἔμπροσθεν, ἵνα φυλάττηται αὐτὸν μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ. καὶ τοῖς εἰληφόσι τι παρ' αὐτοῦ καὶ λέγουσι, πόσου, κατάθου, οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν.

DE FOEDITATE.

FOEditas est corporis incuria & illuuies hominibus molesta. Homo fœdus is est, qui lepra & vitiligine laborans, vnguésque habens prælongos, inter homines versetur: ac dicat gentileis sibi esse hos morbos: nã

ΠΕΡΙ ΔΥΣΧΕΡΕΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ ἡ δυσχέρεια, ἀθεραπευσία σώματος, λύπης παρασκευαστική. ὁ δὲ δυσχερὴς, τοιοῦτός τις οἷος λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν, καὶ τοὺς ὄνυχας μεγάλους, περιπατεῖν. καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα, καὶ

τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον. ἀμέλει δὲ δεινὸς καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, καὶ προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις, καὶ ταῦτα μὴ θεραπεῦσαι, ἀλλ᾽ ἐᾶσαι θηριωθῆναι. καὶ τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν. καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους ὥστε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδής. καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐσθίων ἀπομύττεσθαι· θύων ἀρξάμενος, προσλαλεῖν. καὶ ἀπορρίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος ἅμα πιεῖν, προσερυγγάνειν· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι· ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος, εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ὀρνιθο-

& patrem & auum fuisse eis obnoxios. Solet etiam vlcera in tibiis, & in digitis tubercula habens, nullam iis medicinam facere: sed sinere donec incurabilia reddantur. Axillas ferarum more hirsutas, pilis magnam laterum partem occupantibus, habet. Dentes verò nigros atq; exesos, vt molestus sit & insuauis cum eo congressus. Eidem hæc quoq; conueniunt: nares inter comedēdum mungere: & quum edere inceperit, colloqui: & ex ore quædā emittere: inter bibendum eructare: oleo in balneis vti rancido: idémq; in forum veste amictus quæ sit maculis inquinata, prodibit: quúmque ad aruspicem

cem mater exierit, lingua interea non fauere, neq; à malis verbis se abstinere moris habet. Sæpe etiã dum vota libationésque fiunt, pateram sibi è manibus elabi sinit, & simul risum tollit, quasi aliquid fecerit portentosũ. Tibicines si audiat, vnus inter omnes manibus plaudere, atq; eorum etiam modulos inepta imitatione effingere: dein tibicinam, quòd citò finem non fecerit, increpare: & dum vltra mensam vult exspuere, eum qui pocula in conuiuio ministrat, conspuit.

σκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης, βλασφημῆσαι. καὶ δ᾽ εὐχομένων καὶ σπενδόντων ἐμβαλεῖν τὸ ποτήριον, καὶ γελάσαι ὡς τεράστιόν τι πεποιηκώς. καὶ αὐλούμενος ἢ κροτῆσαι ταῖς χερσὶ μόνος τῶν ἄλλων, καὶ συντερετίζειν· καὶ ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι μὴ ταχὺ παυσαμένῃ. καὶ ἀποπτύσαι ἢ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τραπέζης, προσπτύσαι τῷ οἰνοχόῳ.

DE INSVAVITATE, *siue* tædio.

TÆdium, si definire velis, est molestus absque damno congressus. Homo tædiosus est

ΠΕΡΙ ΑΗΔΙΑΣ.

Ἔστι ἡ ἀηδία, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης. ὁ δὲ ἀηδὴς,

τοιοῦτός τις οἷος ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα εἰσελθὼν, ἵνα αὐτῷ λαλῇ. καὶ ἀνάγεσθαι δὴ μέλλοντας κωλύειν· καὶ προσελθὼν, δεῖσθαι ἐπισχεῖν, ἕως ἂν περιπατήσῃ. καὶ τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος μασώμενον, σιτίζειν αὐτὸς, καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων. καὶ ἐσθίων δὲ ἅμα διηγεῖσθαι ὡς ἐλλέβορον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη. καὶ ζωμοῦ τοῦ παρακειμένου ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτῷ μελαντέρα ἡ χολή. καὶ ἐρωτῆσαι δὲ δεινὸς ἐναντίον τῶν οἰκείων, Ποία ἡμέρα με ἔτικτες; καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐστὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον. καὶ ὡς κῆπος λάχα-

qui vix incipientem dormire, excitet, ingressus vt cum eo colloquatur: & qui ad eum accedens qui inibi est, vt nauim soluat, moram ei afferat, & exspectare iubeat, donec aliquot secum spatia cōfecerit. Infantem etiam puerum nutrici suæ adimens, ipse mansum ei cibum in os inseret, & blādulè compellans, poppysmis permulcebit. Inter edendum narrat se helleboro accepto, quæ in visceribus hęrerent, eiecisse deiecisseque: tum addit, in effusis bilem fuisse iure apposito magis atram. A matre præsentibus amicis & familiarib. quęrere amat, Ecqua me die, mater, peperisti? Aquam ait sibi esse in cisterna frigidam: olera in horto

multa

multa & tenera: domum suam hospitibus ita patere, quasi esset publicũ diuersorium: & quum peregrinos hospitio excipit, parasitũ suum producit, vt videat illi qualis sit: atque in conuiuio ad ipsum cõuersus, Heus tu, parasite, inquit, vt iis qui hîc adsunt, sis oblectamento.

να πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλά, καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτοῦ, πανδοχεῖόν ἐστι. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τις. καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας.

DE SORDIDA & friuola laudis cupidine.

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟφιλοτιμίας.

Μικροφιλοτιμία, quã possis Latinè dicere ineptã ac circa res paruas versantẽ ambitionem; ea est honorũ ac glorię cupido illiberalis. Homo verò ineptè ambitiosus is est, qui ad cœnã vocatus, cõuiuatori ipsi studeat assidere: qui filium Delphos abducat, vbi comam ponat: qui operam det vt

Η ΔΕ μικροφιλοτιμία δόξειεν εἶναι ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροφιλότιμος, τοιοῦτός τις, οἷος σπουδάσαι ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, παρ' αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι. καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀπαγαγὼν εἰς Δελφούς. καὶ ἐπιμεληθῆναι

δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος ΑΙθίοψ ἔσται. καὶ ἀποδοὺς μνᾶν ἀργυρίου, καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. καὶ βοῦν θύσας, τὸ προμετωπίδιον ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσπατταλεῦσαι, στέμμασι μεγάλοις περιδήσας, ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι βοῦν ἔθυσε· καὶ πομπεύσας δὲ μετὰ τῶν ἱππέων, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδοῦναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε, ἀναβαλόμενος δὲ θοιμάτιον εἰς τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν. καὶ κυναρίου δὲ τελευτήσαντος, αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι. καὶ στηλίδιον ποιήσας, ἐπιγράψαι, ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ. καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ Ἀ-

pediſſequum habeat genere Æthiopem: qui etiam, ſi minam argenti velit ſoluere, laboret vt reddat in aſpero. Et ſi bouem ſacrificarit, ſolet anteriorem capitis eius partem magnis redimitam ſertis pro foribus in ipſo introitu figere: vt intelligant quicunque ingredientur, eſſe ab ipſo bouem mactatum. Atque vbi pompam cum aliis equitibus duxit, reliquis omnibus puero traditis, qui ea domum referat, ipſe trabeatus in forum pergit, & ibi deambulat. quúmque illi paruulus aliquis canis fuerit mortuus, monumentum ei faciet, aſcriptis etiam in columella his verbis, SVRCVLVS MELITENSIS. Iam cùm æreum annulum Æſcu-

lapio

lapio conſecrarit, appenſis ſubinde nouis coronis totum atteret: atq; adeo ipſe quotidie vnguentis oblinitur. Sanè etiam, quæ pertinent ad curam magiſtratus, quos prytaneos vocant, ipſe diligẽter curare ſolet: quò poſſit, vbi litatum fuerit, rẽ populo renuntiare. Itaq; candidatus & coronatus in concionem prodit, & infit, Nos prytanei, ô Athenienſes, Matri Deûm ſacra rite fecimus, & litauimus: vos igitur omnia fauſta exſpectate. His ita renuntiatis, domum reuertitur: deinde vxori narrat ſibi proſperè ſupra modum res ſuccedere.

σκληπιῷ, τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανοῦντα· ἀλείφεσθαι ὁσημέραι. ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. καὶ παρεσκευασμένος λαμπρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐστεφανωμένος, παρελθὼν εἰπεῖν, Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλά, καὶ ὑμεῖς ἐκδέχεσθε τὰ ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας, ἀπιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ ἑαυτοῦ γυναικί, ὡς καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖ.

ΠΕΡΙ ΑΝΕ-λευθερίας.

Η ΔΕ ἀνελευθερία, ἐστὶ περιουσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα. ὁ δὲ ἀνελεύθερος, τοιοῦτός τις οἷος νικήσας τραγῳδοὺς, ταινίαν ἀναθεῖναι ξυλίνην τῷ Διονύσῳ, ἐπιγράψας αὐτοῦ τὸ ὄνομα. καὶ ἐπιδόσεων γινομένων, ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς, σιωπᾶν, ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν. καὶ ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα, τοῦ μὲν ἱερείου, πλὴν τῶν ἱερείων, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι· σὺν δὲ διακονοῦντας, ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι.

DE ILLIBE-ralitate.

ILliberalitas eſt nimius quidā præ ſtudio parcendi ſumtibus, gloriæ contemtus. Illiberalis autem is eſt, qui ſi è tragico certamine victoriam reportarit, tæniam Libero patri ligneam conſecret, in qua nomen ipſius ſit inſcriptū: qui etiam cùm neceſſario Reip. tempore pecuniæ à ciuibus extra ordinem conferuntur, in concione ſurgens, ſilentio vtatur, aut è medio ſe proripiat. Filiam ſuam nuptum collocās, mactatę victimę carnes omnes, iis exceptis ex quibus fiunt ſacra, vendit: & ad miniſtrandum in nuptiis, mercede conductos adhibet, qui ſuo quiſque cibo veſcantur.

Triremi præfectus quam instruxit, gubernatoris stragulis tabulata sternet, suis interea vti parcens. E foro postquam opsonatus est, rediens, carnes ipse gestat, atque olera etiam in sinu. Vestem quando à sordibus purgandam locauit, domi tantisper se continet. Quòd si quis amicorum eius fortuna vsus aduersa, eranum à suis familiaribus exigat, ídque ipse sciat, deflectens ex itinere, domum tendit. Vxori ancillas emit ille quidem nullas; sed quæ in publicũ prodeuntẽ comitentur, conducit. Mane vbi surrexit, domum ipse mundare, lectósque purgare solet: & sedens, vile quod gestat pallium, inuertere.

καὶ τριηραρχῶν, τὰ τοῦ κυβερνήτου στρώματα ὑπὸ τοῦ καταστρώματος ὑποστορέννυσθαι, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι. καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας, τὰ κρέα αὐτὸς φέρειν καὶ τὰ λάχανα ἐν τῷ προκολπίῳ· καὶ ἔνδον μένειν ὅταν ἐκδῷ θοἱμάτιον ἐκπλῦναι. καὶ φίλου ἔρανον συλλέγοντος, προειδόμενος, ἀποκάμψας ἐκ τῆς ὁδοῦ, οἴκαδε πορευθῆναι· καὶ μὴ πρίασθαι θεραπαίνας, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους. καὶ ἀναστὰς, τὴν οἰκίαν καλλῦναι, καὶ τὰς κλίνας ἐκκορῆσαι. καὶ καθεζόμενος παραστρέψαι τὸν τρίβωνα ὃν αὐτὸς φορεῖ.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΑΛΑ-ζονείας.

Ἀμελει δὲ ἡ ἀλαζονεία δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων. ὁ δὲ ἀλαζὼν, τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ διαζεύγματι ἑστηκὼς διηγεῖσθαι ξένοις ὡς πολλὰ χρήματα αὐτοῖς ἐστιν ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ περὶ τῆς ἐργασίας δανειστικῆς διεξιέναι, ἡλίκη, καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε. καὶ συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μετὰ Εὐάνδρου ἐστρατεύσατο· καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε, καὶ περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀμφισβητῆσαι.

DE OSTENTATIONE.

Ostentatio dici queat, inanis bonorum quorundam quæ non adſint, prædicatio. Oſtentator autem eiuſmodi eſt, qui in Digmate Piræei ſtans, peregrinis narret multam ſe pecuniam traiectitiã habere: & de toto fœnebri quæſtu longos ſermones habeat, quantus ille ſit explicans; & quæ lucra inde fecerit. Inter eundum viæ comitem nactus, ſe ſub Alexandro in illa nobili expeditione meruiſſe narrabit: & quàm multa inde gemmata pocula reportarit: Aſiaticos etiam artifices, Europæis eſſe præſtantiores, diſſentientibus aliis contendet.

Deinde literas ab Antipatro esse allatas memorabit, quę ipsum vix duobus comitatum in Macedoniam venisse dicant. Se, cùm esset sibi materiæ cōcessa immunis exportatio, oblato beneficio vti noluisse, vt omnes omnium calumnias effugeret. Eundem se, in caritate annonæ amplius quinq; talenta pauperibus ciuibus largientem insumsisse. Quòd si ignotis assideat, eos iubebit ponere calculos, & illorum quibus aliquid erogarit, numerū inire: qui vt sexcenti reperiantur, calculis sigillatim multiplicatis, probabilibus etiam cuique eorum nominibus additis, efficiet: adeo vt decem talentorum summa tandem colligatur: quam omnem

καὶ γράμματα εἰπεῖν ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου, τρίτον δὴ λέγοντα παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν· καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ. καὶ ἐν τῇ σιτοδίᾳ ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν. καὶ ἀγνώστων δὲ παρακαθημένων, κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους, κατὰ μίαν· καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα, καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα. καὶ τοῦτο φήσας

εἰσε

εἰσενηνοχέναι εἰς ἐράνους αὐτόν. καὶ τὰς τριηραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησιν, οὐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε. καὶ προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦσι, προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν. καὶ ἐπὶ τὰς κλίνας ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα. καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι οὐκ ἔχων χρυσὸν νῦν τῷ ἀκολουθεῖν. καὶ μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν, φῆσαι ταύτην εἶναι τὴν πατρῴαν, πρὸς τὸν μὴ εἰδότα· διότι μέλλει πωλεῖν αὐτὴν διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας.

summã, se inopibus subleuandis impendisse affirmabit:& tamẽ, inquit, in hac ratione non duco, instructas à me triremes, quibus pręfui:& alia quibus Reip.causa sum functus, munia sumtuosa. Idẽ ad eos accedens, qui generosos equos vẽdunt, velle se emere simulat:& in nundinis ad tentoria eorum qui merces vænum exponunt, appropinquans, vestẽ sibi ostẽdi iubet duûm talentorũ. Puerum quòd se sine auro sequatur, grauiter obiurgat. Deniq; in conducto habitans, si cum aliquo sermonem habeat, qui id ignoret, paternas esse has ædes dicet: quas ipse, quòd sint ad hospites excipiẽdos angustiores, vendere cogitet.

Μέχρι τοῦδε αἱ πρὶν ἐκδόσεις· τὰ δὲ ἑξῆς νῦν τὰ πρῶτα ἐξεδόθη.

Hactenus priores editiones. Quæ sequuntur, nunc primùm in lucem prodeunt.

DE SVPERBIA.

SVperbia est, aliorum *omnium* præter quàm sui, contemtus. Homo superbus talis est. Si quis eum properè *conuentum velit*, à cœna se illum cōuecturum dicet inter ambulandum. Si fuerit de quoquam bene meritus, meminisse *beneficij* etiam in viis iubebit, atq; adeo coget. Prior ad quemquā accedere nolet. Eos qui emūt aliquid ab ipso, vel aliquid rerum illius conduxerunt, iubere non veretur, vt prima luce ad se veniant. Dum per vias ingreditur, caput semper demittēs, obuiorum neminem alloquitur. Si visum aliquando ei fuerit, amicos conuiuio excipere, ipse cū illis non cęnat.

ΠΕΡΙ ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δ᾽ ἡ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις πλὴν αὑτοῦ, τῶν ἄλλων. ὁ δ᾽ ὑπερήφανος τοιόσδε τις, οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ * δείπνου ἐντεύξεσθαι φάγειν ἐν τῷ περι- * πατεῖν. καὶ εὖ ποιήσας, μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν τοῖς ὁδοῖς, καὶ βιάζειν, καὶ προσελθεῖν πρότερος οὐδενὶ θελήσας: καὶ τοὺς πωλοῦντάς τι καὶ μεμισθωμένους δεινὸς κελεῦσαι ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἅμ᾽ ἡμέρᾳ. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, κάτω κεκυφώς. ὅταν δ᾽ αὐτῷ δόξῃ, ἑστιᾶν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν,

ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὐτὸν τινὶ συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. καὶ προαποστέλλειν δὲ ἐπὰν πορεύηται τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται. καὶ οὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον αὐτὸν, οὔτε ἐσθίοντα ἐάσαι ἂν εἰσελθεῖν. Ἀμέλει δὲ καὶ λογιζόμενος πρός τινα, τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς ψήφους διωθεῖν· καὶ κεφάλαιον ποιήσαντι, γράψαι αὐτῷ εἰς λόγον. Καὶ μὴν ἐπιστέλλων μὴ γράψαι, ὅτι χαρίζοιο ἄν μοι, ἀλλ', ὅτι βούλομαι γενέσθαι. καὶ, ἀπέσταλκα πρός σε ληψόμενος· καὶ, ὅπως ἄλλως μὴ ἔσται, καὶ, τὴν ταχίστην.

Sed eorum alicui quos habet in potestate, vt conuiuarum curam habeat, præcipit. Cùm ad aliquem visit, præmittit qui dicat, Ille venit. Quádo vel aliptę dat operam, vel cibum sumit, neminem ad se sinit introire. Quinetiam, si cum aliquo rationes purget, puero imperat, vt calculos traiiciat: & vbi summam fecerit, vt alteri ferat expensum. In epistolis nunquam sic scripserit, *Feceris mihi rem gratam:* Sed; *Hoc fieri volo.* &, *Misi ad te qui sumeret.* item, *Ne aliter fiat* vide: &, *quàmprimum.*

DE TIMIDITATE.

ENimuero timiditas videri queat, deiectio animi meticulosa. Homo timidus eiusmodi est: nauigans, dicet promontoria esse hemiolias naucis. Ad minimam fluctuum agitationem, quęret, sintne qui nauigant omneis initiati. Gubernatorem nauim inhibentem interrogat, an medium cursum teneat nauis: &, quid à Deo speret aut metuat. Se ex insomnio terreri, narrat assidẽti: indusium *deinde* exuit, & puero tradit. *nautas* vt se ad terram admoueãt, orat. Militiæ verò solet idẽ omnes ad se *commilitones* vocare: & vbi

ΠΕΡΙ ΔΕΙΛΙΑΣ.

Ἀμέλει ἢ ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὕπειξις τῆς ψυχῆς ἔμφοβος. ὁ δὲ δειλὸς τοιοῦτός τις, οἷος πλέων, τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι· καὶ κλυδωνίου γινομένου ἐρωτᾶν εἴ τις μὴ μεμύηται τῶν πλεόντων· καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακόπτοντος αἰσθάνεσθαι εἰ μεσοπορεῖ. * καὶ τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ θεοῦ; καὶ πρὸς τὸν παρακαθήμενον λέγειν, ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινός. καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον. καὶ δεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτόν. καὶ στρατευόμενος ἢ προσκαλεῖν πάντας πρὸς αὐτὸν, καὶ στάντας πρῶτον περιϊδεῖν, καὶ

λέγειν ὡς ἔργον διαγνῶναι ἐστὶ πότερόν εἰσιν οἱ πολέμιοι. καὶ ἀκούων κραυγῆς, ὁρῶν πίπτοντας, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρεστηκότας, ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν ὑπὸ τῆς σπουδῆς ἐπελάθετο· καὶ τρέχειν ὑπὸ τὴν σκηνήν, τὸν παῖδα ἐκπέμψας, κελεύειν προσκοπεῖσθαι ποῦ εἰσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἀποκρύψας αὐτὴν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, εἶτα διατρίβειν πολὺν χρόνον. καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ὁρῶν τραυμα- * τίαν προσφερόμενον τῶν φίλων, προσδραμεῖν, καὶ θεωρεῖν κελεύειν, καὶ τοῦτον θεραπεύειν, καὶ περισπογγίζειν, καὶ μυίας σοβεῖν, καὶ πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. καὶ τοῦ σαλπιστοῦ τὸ πολεμικὸν σημήναντος κα-

ſtantes diligenter reſpexit, Difficile, inquit, eſt cognitu, ſint hoſtes, an non. Clamore audito, & viſis qui caderent, aſtantibus dicit ſe præ feſtinatione, oblitum eſſe ſpatham ſumere. & poſtquam in tentorium curriculo ſe recepit, puerum inde mittit, iuſſum vbi ſint hoſtes, diligenter ſpeculari. Interea *ſpatham* ſub puluino abſcondit: deinde ea quærenda longum tempus terit. Tum ſi vulneratum aliquem in caſtra ab amicis deferri videat, accurrit, & habere bonum animum iubet: hunc curat, & ſaniē ſpongia effingit, necnon muſcas abigit: quiduis denique potiùs facit, quàm vt cum hoſtibus pugnet. AEneatore claſſicum canēte, ſedens ipſe in

in tentorio. Abi, inquit, in malam rem, hunc hominem somnum capere non sinis: qui adeo frequenter signum des. Amat etiam sanguinis de alieno vulnere plenus, ad reuersos è pugna accedere, narrans, se cum suo periculo vnum ex amicis seruasse. ad iacentem etiam tribules & populares introducit, qui eum visant: simul horum singulis narrat, se illum suis ipsius manibus in tentorium portasse.

DE OLIGARchia, *siue* moribus optimatium.

VIderi possit oligarchia, vehemẽs esse honorũ cupiditas absq; vllo lucri studio. Oligarchi siue optimatis hi sunt

θήμενος ἐν σκηνῇ. Ἄπαγ' ἐς κόρακας, οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν πυκνὰ σημαίνων. καὶ αἵματος δὲ ἀνάπλεως ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου τραύματος, ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι, καὶ διηγεῖσθαι ὡς κινδυνεύσας ὡς σέσωκε τῶν φίλων. καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν κατακείμενον σκεψομένους τοὺς φυλέτας, τὸν δῆμον· καὶ τούτων ἅμα ἑκάστῳ διηγεῖσθαι ὡς αὐτὸς αὐτὸν ταῖς αὑτοῦ χερσὶν ἐπὶ σκηνὴν ἐκόμισεν.

ΠΕΡΙ ΟΛΙγαρχίας.

ΔΟξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία φιλαρχία τις ἰσχυροῦ κέρδους γλιχομένους. ὁ δὲ ὀλίγαρχος τοιοῦτος,

οἷος τοῦ δήμου βουλο-
* μένου τινὰς τῷ ἄρ-
* χοντι ἐπιμελησόμε-
νος πομπῆς παρελθὼν
ἀποφήνας ἔχει. καὶ τῶν
Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν
μόνον κατέχειν, ὅτι Οὐκ
ἀγαθὸν πολυκοιρανίη·
εἷς κοίρανος ἔστω. τῶν
δὲ ἄλλων μηδὲν ἐπίστα-
σθαι. Ἀμέλει δὲ δει-
νὸς τοῖς τοιούτοις τῶν
λόγων χρήσασθαι, ὅ-
τι δεῖ ἡμᾶς συνελ-
θόντας βουλεύσασθαι·
καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς
ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆ-
ναι. καὶ παύσασθαι ἀρ-
χαῖς πλησιάζειν, καὶ
ὅτι ὑπὸ τινῶν ὑβρι-
* ζόμενος εἰπεῖν, Δεῖ
αὐτοὺς κἀμὲ τὴν πόλιν
οἰκεῖν· καὶ μέσον δὲ τῆς ἡ-
μέρας ἐξιὼν, καὶ μέσην
κουρὰν κεκαρμένος, καὶ
ἀκριβῶς ἀπωνυχισμέ-
* νος σοβεῖν τοὺς τοιούτους

mores. Deliberante populo ecquis magistratui in curatione pompæ sit comes adiiciendus, prodit ipse & eo se honore dignum pronuntiat. Homeri versuum tenet solum hunc vnum, *Non multos regnare bonum est: rex vnicus esto.* aliorum omnium nihil scit. Solet quoque hoc genus sermonibus vti: Oportet in vnum coacti deliberemus, & turba hac forensi nos liberemus, aditúmque illi ad magistratus præcludamus. Si qui illum iniuria affecerint, Non possumus, inquit, ego & illi hác vrbem incolere. Meridie prodit in publicum tonsuræ medio genere detonsus, vnguibusq; cum cura præcisis, iactans se *per forum*, aitque, Non est habitandum

tandum in hac vrbe: &, ſibi in iudiciis plurimum à litigantibus negotij faceſſi:ite,pudore ſibi frontẽ ſuffundi, quotieſcunque ipſi in concione aliquis aſſideat malè habitus,& ſquallidus:&, vniuerſum oratorum genus qui in Rep. verſantur odio dignum eſſe. ipſum Theſeum omnium primum auctorem horum malorum ciuitati extitiſſe:necnon alios ſimiles his ſermones apud hoſpites habet, ciuiumq́ue illos qui eamdem ſectam ſequuntur.

DE INSOLENTIA, *ſiue*, ſera inſtitutione.

INſolentia eſt deſideriũ capiendi cultus melioris vergente iam ætate. Eiuſmodi homini hæc

λόγους. Οὐκ οἰκητέον ἐστὶ τὴν πόλιν· καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχειεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων· καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅταν τις παρακάθηται αὐτῷ λεπτὸς καὶ αὐχμῶν. καὶ ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος. τὸν Θησέα πρῶτον φήσας τῶν κακῶν τῇ πόλει γεγονέναι. καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους.

ΠΕΡΙ ὈΨΙΜΑΘΙΑΣ.

Ἡ Δὲ ὀψιμαθία φιλοπονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν. ὁ δὲ ὀψιμα-

θὴς, τοιοῦτός τις, οἷος ῥήσεις μανθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς. * Ταῦτα ἄγων παρὰ πότον ἐπιλανθάνεσθαι. καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα· καὶ εἰς ἀγρὸν, ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος, ἅμα μελετᾶν ἀσπάζεσθαι. καὶ πεσὼν τὴν * κεφαλὴν κατεαγέναι. καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν· καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ, ἀκόλουθον δια- * τοξεύεσθαι, καὶ διακοντίζεσθαι· καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ ἐκείνου μὴ ἐπισταμένου. καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν.

conueniunt. Annos sexaginta natus poëtarum versus memoriæ mandat; hos ad pocula canere incipiens, obliuiscitur. Discit à filio quomodo fiat *in acie* conuersio ad dextra, quomodo item ad sinistra. Dum rus pergit, alieno equo vehens, simul *obuios* salutare meditatur; cadens verò caput deturpat. Solet etiam ad statuam ludens *se exercere*: & cum pedisequo arcu & iaculis certare: ac simul discere ab alio, & eundem docere velle, ac si esset is quoque *artis* imperitus. Idem luctans *&* in balneo *lauans*, nateis subinde agitat indecenter.

DE

DE MALEDICENTIA.

MAledicētia est animi in deteriorem partē inclinatio inter loquēdū. Maledicus ita est moratus. Si interrogetur, ille quis est? non secus atque ij qui stēma aliquod enarrant, ab auctore generis primo ordietur: Pater huius, inquiens, primùm vocabatur Sosias: dū inter milites versatur, dici cepit Sosistratus: deinde vnus è populo inter ascriptitios est factus. Mater quidē, nobilis Thressa est: nā id genus mulieres aiunt domi esse nobileis. Iste autem, vt talibus parentibus natus, nequam est verbero. Pergit deinde, & inquit, Hę sunt mulieres quæ prætereuntes de via rapiunt. Aliis etiā

ΠΕΡΙ ΚΑΚΟΛΟΓΙΑΣ.

ΕΣΤΙ ἡ κακολογία ἀγὼν τῆς * ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ κακολόγος τοιόσδε τις ἐστὶν, οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα τί ἐστι; καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες, πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτῶν ἄρξασθαι. ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος· ἐπειδὴ δὲ ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. ἡ μὲν τοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾶττα ἐστί. τὰς δὲ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν. αὐτὸς δὲ οὗτος ὡς ἐκ τούτων γεγονὼς κακὸς μαστιγίας. καὶ

τούτοις δεξιῶν, αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζουσι· καὶ κακῶς λεγόντων ἑτέρων συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ αὐτός, λέγων, καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πάντων μεμίσηκα, καὶ γὰρ εἰδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐστίν. ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὅμοιον. σημεῖον δὲ, τῇ γὰρ ἑαυτοῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκοῦς εἰς ὄψον δίδωσι. καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τοῦ Ποσιδῶνος ἡμέρα. καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τοῦ ἀναστάντος εἰπεῖν. καὶ ἄλλα πλεῖστα περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς λέγειν.

de *absente* detrahentibus, idem facit ipse quoque, & ait, Ego etiam hunc hominem omnium odi maximè. Etenim si faciem spectes, turpis est quem meritò oderis: si improbitatem, nihil ei simile. Scias ita esse, cùm vxori tres æris nummulos in opsonium dare soleat: & vt Posideone mense frigida lauet, cogere. Moris etiam habet, sedens inter plures, surgere vt aliquem accuset: plurimaq; alia de amicis & familiaribus suis malè loqui: & de ipsis etiam mortuis detrahere.

Τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ.

EX LIBRO QVARTO RHETORICORVM ad Herennium.

Ostentatoris pecuniosi character.

NOTATIO est, cùm alicuius natura certis describitur signis, quæ sicuti notæ quædam naturæ sunt attributa. Vt si velis non diuitem, sed ostentatorem pecuniosum describere: Iste, inquies, Iudices, qui se dici diuitem, putat esse præclarum, primùm nunc videte, quo vultu vos intueatur. nónne vobis videtur dicere, Darem si mihi molesti non essetis? cùm verò sinistra mentum subleuat, existimat se gemmæ nitore, & auri splendore aspectus omnium perstringere. Cùm puerum respicit hunc vnum, quem ego noui (vos non arbitror nouisse) alio nomine appellat, deinde alio atque alio: Heus tu, inquit, veni Sannio, ne quid isti barbari perturbent: vt ignoti qui audiunt, vnũ putent eligi de multis: ei dicit in aurem, aut vt domi lectuli sternãtur, aut ab auunculo rogetur Æthiops, qui ad balneas veniat, aut asturconi locus ante ostium suum detur, aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Deinde exclamat, vt omnes audiant, Videto, vt diligenter enumeretur, si potest ante noctem. Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illò plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit, duc tecum Libanum, & Sosiam. Sanè. Deinde casu veniunt hospites homini, qui istum splendidè, dum peregrinaretur, receperunt: ex ea re homo herclè sanè conturbatur: sed tamen à vitio naturæ non recedit. Bene, inquit, facitis cùm venitis: sed rectiùs fecissetis, si ad me domum rectà abiissetis. Id fecissemus, inquiunt illi, si domum

mum nouissemus? At istud quidem, inquit, facile fuit vndelibet inuenire. Verùm ite mecum: sequuntur illi: sermo interea huius consumitur omnis in ostentatione. Quærit in agris cuiusmodi frumenta sint: negat se, quia villæ incensæ sint, accedere posse, nec ædificare etiam nunc audere: tametsi in Tusculano quidem cœpit insanire, & in iisdem fundamentis ædificare. Dum hæc loquitur, venit in ædeis quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum: quò iste pro notitia domini ædium ingreditur cum hospitibus. Hîc, inquit, habito. perspicit argentum quod erat expositum, visit triclinium stratum, probat: accedit seruulus, dicit homini clarè dominum iam venturum, si velit exire. Itáne, inquit? Eamus hospites, frater venit ex Salerno, ego illi obuiam pergam: huc vos decima venitote. hospites discedunt. Iste se raptim domum suam coniicit: illi decima, quò iusserat, veniunt. quærunt hunc. reperiunt domus cuia sit: in diuersorium derisi conferunt sese. Vident hominem postera die: narrant, expostulant, accusant. ait iste eos similitudine loci deceptos, angiporto toto deerrasse: contra valetudinem suam se ad multam noctem exspectasse. Sannioni puero negocium dederat, vt vasa, vestimenta, pueros corrogaret. seruulus non inurbanus, satis strenuè & concinnè comparat. iste hospites domum deducit. Ait se ædes maximas cuidam amico ad nuptias commodasse. Nunciat interea puer argentum repeti: (pertimuerat enim, qui commodarat) Apage te, inquit: ædes commodaui, familiam dedi, argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen vtatur licet, nos Samiis delectabimur. Quid ego quæ deinde efficiat, narrem? eiusmodi est hominis natura, vt quæ singulis diebus efficiat gloria atque ostentatione, ea vix annuo sermone enarrare possim. Huiusmodi notationes, quæ describunt quid consentaneum sit

vniuscuiusque naturæ, vehementer habent magnam delectationem: totam enim naturam cuiuspiam ponunt ante oculos: aut gloriosi, vt nos exempli causa cœperamus, aut inuidi, aut timidi, aut auari, ambitiosi, amatoris, luxuriosi, furis, quadruplatoris: denique cuiusuis studium protrahi potest in medium tali notatione.

RVTILIVS LVPVS DE FIGVRIS SENTENTIArum libro II.

Ebriosi hominis character.

C*HARACTERISMOS. Quemadmodum pictor coloribus figuras describit: sic orator hoc schemate, aut vitas, aut virtutes eorum de quibus loquitur, deformat.* Lyconis. *Quid in hoc arbitrer bonæ spei reliquum residere, qui omne vitæ tempus vna, ac desperatissima consuetudine produxit? Nam simul atque ex primis horis diei, nimia cibi ac vini satietate, vix meridiano tempore, plenus crapula est experrectus: primũ oculis mero madidis, humore obcæcatis, visu grauidis, lucẽ constãter intueri non potest: deinde confectis viribus, vtpote cuius venæ nõ sanguine, sed vino sunt repletæ, se ipse erigere non valet: tandẽ duobus innixus languidus, qui cubando sit defatigatus, tunicatus sine pallio, soleatus præ lectulo, palliolo frigus à capite defendens, flexa ceruice, summissis genibus, colore exãgui, protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in tricliniũ trahitur: ibi præsto sunt cotidiani pauci eodẽ studio excitati conuiuæ. hic verò princeps paulũ illud reliquum quod habet mentis ac sensus,*

poculis

poculis extrudere festinat, & eos bibendo prouocat, & lacessit perinde ac si in hostium prælio quàm plurimos superarit, atque adflixerit, amplissimam sibi victoriam paratam existimans. Interea procedit simul & illud tempus, & potatio: oculi vinum lacrymantes caligant; ebriosum ipsi vix ebrij cognoscunt: alius sine caussa iurgio proximum lacessit: alius somno deditus, vi cogitur vigilare: alius rixari parat: alium turbas vitantem, ac domum reuerti cupientem retinet ianitor, pulsat, exire prohibet domum, interdictum demonstrans. Interim alium contumeliosè extra ianuam eiectum, vacillantem puer sustentat, ac ducit pallium per lutum trahentem. Nouissimè solus in triclinio relictus, non priùs poculum ex manibus emittit, quàm somnus oppressit bibentem, ac dissolutis artubus, ipsum poculum suapte natura dormienti excidit.

Characterismus. In vulgatis editionibus legitur *Chresterismus.* absque dubio mendosè.

Aut vitas, lege *aut vitia.* probant sequentia.

Visu grauidis. Prior vox mendum continet. Scrib. *vino gr.* οἰνοβαρέσι.

Soleatus præ lectulo. Fortean, *vt è lectulo.* κρηπῖδας ἔχων ὡς ἀπὸ τοῦ κλινιδίου. Sed videtur qui Lyconis locum è Græco vertit, reperisse in suo codice, ὑπὸ pro ἀπὸ: neque de menda esse suspicatus.

Palliolo frigus à capite defendens. Rectè *palliolo* sic alibi: quia tamen Grecè scripserat Lyco, fortasse *pileolo* scribendum. πιλίδιον ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχων πρὸς τὸ ψῦχος.

Iurgio proximum lacessit. τὸν πλησίον ἐρεθίζει.

EX

Ex Q. Horatij Flacci Satyr. lib. 1. Sat. IX.

Garruli hominis character.

Ibam forte via Sacra, sicut meus est mos,
Nescio quid meditans nugarum, totus in illis.
Occurrit quidam notus mihi nomine tantùm,
Arreptáque manu, Quid agis dulcissime rerum?
Suauiter, vt nunc est, inquam: & cupio omnia, quæ vis.
Cùm assectaretur, Nunquid vis? occupo: at ille
Noris nos, inquit: docti sumus. hìc ego, Pluris
Hoc, inquam, mihi eris. miserè discedere quærens
Ire modo ocyus, interdum consistere, in aurem
Dicere nescio quid puero. cùm sudor ad imos
Manaret talos: ô te Bollane cerebri
Felicem, aiebam tacitus: cùm quidlibet ille
Garriret, vicos, vrbem laudaret, vt illi
Nil respondebam: Miserè cupis, inquit, abire,
Iamdudum video: sed nil agis: vsque tenebo:
Persequar. Hinc quò nunc iter est tibi? Nil opus est te
Circumagi: quendam volo visere, non tibi notum:
Trans Tiberim longè cubat is prope Cæsaris hortos.
Nil habeo quod agam. & non sum piger: vsque sequar te.
Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus,
Cùm grauius dorso subiit onus. Incipit ille:
Si bene me noui, non Viscum pluris amicum,
Non Varium facies. nam quis me scribere plureis,
Aut citiùs possit versus? quis membra mouere
Molliùs? inuideat quod & Hermogenes, ego canto.
Interpellandi locus hìc erat. Est tibi mater,
Cognati: quis te saluo est opus? Haud mihi quisquam:

Omnes composui. Felices: nunc ego resto:
Confice: namque instat fatum mihi triste, Sabella
Quod puero cecinit, diuina mota anus vrna.
Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis.
Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra.
Garrulus hunc quando consumet cunque: loquaceis,
Si sapiat, vitet, simulátque adoleuerit ætas.
Ventum erat ad Vestæ quarta iam parte diei
Præterita, & casu tunc respondere vadato
Debebat: quod ni fecisset, perdere litem.
Si me amas, inquit, paullum hîc ades. Inteream si
Aut valeo stare, aut noui ciuilia iura:
Et propero quò scis. Dubius sum quid faciam, inquit:
Tene relinquam, an rem. Me sodes. Non faciam ille:
Et præcedere cœpit. ego, vt contendere durum est,
Cum victore sequor.

SImiles hîc alios characteres poteramus adiũgere è diuersis scriptoribus: nisi id studiosi lectoris diligentiæ relinquendũ esse iudicassemus. Nam exempli caussa descriptionem prope Theophrasteam hominis timidi habes apud Synesium, epistola CIV. hominis ineptè elegantis, & opes ostentantis, apud Petronium Arbitrum. vani & insulsi, apud Lucianum Ῥητόρων διδασκάλῳ. belli & μικρόφιλοτίμου apud Martialem lib. III. epigrammate in Cotilum. ambitiosi, itémq; delicati, apud Dionẽ in IIII. sermone de regno γαστριμάργου apud facundissimũ scriptorem, B. Chrysostomum homilia XXXVIII. in Acta Apostol. omitto alias vitiosorum suauissimas descriptiones, cùm in eiusdem beati Patris scriptis aureis, tum apud auctores cæteros vtriusque linguæ.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI

Ad

THEOPHRASTI CHARACTERES ETHICOS

Liber Commentarius.

ISAACI CASAVBONI IN THEOPHRASTI CHARACTERES ETHICOS PROlegomena.

INSCRIPTIO huius libelli, quæ in omnibus melioribus libris hæc eſt, Θεοφράςου Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, tribus verbis tria declarat: auctorem ſcripti iſtius; materiam eius, ſiue ſubiectum: formam ſiue tractandi modum: de quibus omnibus aliquid eſt nobis hoc loco dicendum. Auctorem eſſe verè aureoli libelli iſtius Theophraſtum Ereſium, magnum illum maximi Ariſtotelis diſcipulum, verum cenſeo. Nam & Diogenes Laertius inter Theophraſti librorum indices, Ἠθικοὺς χαρακτῆρας recenſet: & Suidas qui pauciſſimos eius philoſophi libros commemorat, huius tamen meminit: quod etiam indicio eſſe poſſit, in pretio olim apud doctos, Theophraſti hoc opus fuiſſe. Deinde quum certum omnino ſit, prodiiſſe hæc ex eruditiſſimi & elegantiſſimi alicuius viri officina, qui Athenis eo ipſo tempore quo claruit Theophraſtus, & vixerit (id quod nó vno loco annotatum à nobis demonſtratúmque eſt) & ſcripſerit, non video quid cauſſæ eſſe queat, cur aut

veterum codicum, qui omnes in Theophrasti nomine consentiunt, fidem in dubium vocemus: aut si de illorum fide non dubitetur, quid opus sit Theophrastum alium ab Eresio illo quærere, omnibus seculis inauditum, omnibus priscis scriptoribus illaudatum, cui hæc tribuantur. Accedit hûc Eustathij testimonium, qui in rhapsodiam Iliadis ν, non hoc solum docet, scriptos esse à Theophrasto (Eresium absque dubio intelligit) Characteres: sed illud etiam manifestò indicat, ita planè illos fuisse scriptos, vt factum videmus in his reliquijs. Quare non assentior doctis quibusdam viris, qui ab Aristotelis discipulo hunc librum abiudicarunt: qui præter illud vnicum argumentũ de quo mox dicemus, nihil penitus habent quo suam sententiã tuemus, nihil penitus habent quo suam sententiã tueri possint. An enim illud dicent? parum tanto scriptore dignum hoc esse scriptum. Ita video doctissimum Victoriũ existimasse. Mihi verò contrarium prorsus videtur: nam & opus hoc, esset modò integrum, & quale auctor ediderat, dignissimum iudico quod tanto viro tribuatur: & vicissim, eo fuisse comperior Theophrastum ingenio, vt nemo aptior huic argumento isto modo tractando inueniri potuerit. Fuisse enim illum politissimi, elegantissimi & amœnissimi ingenij virum (talem omnino hæc opera desiderabat) cùm alia arguunt quæ de eo & ex eo apud veteres scriptores leguntur: tum illud in primis quod de illo Hermippus ipsius æqualis apud Athenæum testatur libro primo; Singularem quandam fuisse hominis venustatem & industriam in exprimendis effingendisque hominum moribus: quod quàm bellè auctori huic

huic conueniat, nemo non intelligit. Ideo videtur M. Tullius Theophraſti ſcriptis vnicè capi delectaríque ſolitus, &, vt auctor eſt Plutarchus, delicias ſuas eum appellitare: amicum etiam ſuum, ad Atticum ſcribens, vocat, ſæpéque dilaudat. quin Ariſtoteles quoque apud A. Gellium lib. XIII. ſuauitatem huius ſui diſcipuli linguæ pariter ac vitæ commendat. Nihil dicam de ſtylo: nam quæ magna adeo ſimilitudo aut diſſimilitudo in his tam paucis chartis, cum reliquis Theophraſti ſcriptis, in tanta præſertim argumentorum diſſimilitudine, notari poſſit? & tamen qui illa legerit aliquando, non dubito quin etiam in his Theophraſtei characteris notas ſaltem aliquas mecum ſit agniturus. Atque illud quidem in primis: quòd & hæc & illa cùm legas, ſcias facilè ab Ariſtotelis diſcipulo vtraque eſſe profecta. Sed nimirũ doctos homines qui aliter exiſtimarunt, mouit locus ille in epiſtola προσφωνητικῇ, vbi ait auctor, ſe hæc ſcripſiſſe, cùm annum ætatis iam abſoluiſſet vndecenteſimum: id enim Ereſio Theophraſto conuenire non poſſe: quippe cuius vitæ terminum ſtatuat diligentiſſimus auctor, Diogenes Laertius, annum octuageſimum quintum. Nos quoque olim impulit hęc ratio, vt de menda ſuſpectum Theophraſti locum haberemus: nam vt propter hoc vnũ argumentum negaremus Ariſtotelei Theophraſti librum hunc eſſe, adduci nunquam potuimus. Putabamus igitur ſcribendum eſſe in libelli huius initio, non ἐννενήκοντα ἐννέα, vt omnes libri habent: ſed, vt ait Laertius, ἑβδομήκοντα ἐννέα. Neque enim veriſimile nobis videbatur, aut Laertij codicès hîc falſos eſſe, aut

ipſum. Nam ſi ita eſſet, aiebamus, & ad cẽteſimum vſque annum Theophraſtus vitã produxiſſet, non videtur M. Tullius quo loco querelam Theophraſti morientis de breuitate vitæ humanæ refert, taciturus fuiſſe, quàm longam nactus ille vitam, de natura tamen quereretur. videtur etiã Cenſorinus vir vndecunque doctiſſimus, cùm pleroſque veteres philoſophos longæuos in libro De die natali, cap. xv. nominaret, Theophraſtum non fuiſſe omiſſurus. Multo verò minùs Lucianus, qui ex profeſſo omnes pene μακροβίους philoſophos libro ſingulari collegit, hunc tanti præſertim nominis virum, omiſiſſet. Hæc igitur nos olim, vt arbitramur etiam nunc, non ſine aliqua ratione. etſi de emendatione verborum Theophraſti, propter eas cauſſas, quæ ibi exponentur, ſententiam mutauimus. Atque ex iis quæ eo loco ſcripſimus ſatis paret illorum error, qui aut Theophraſtum aliquẽ alium à diſcipulo Ariſtotelis comminiſcuntur, aut omnino Theophraſtum fuiſſe huius libri patrem negant. Verùm de auctore quidem ſatis ſuperque.

Argumentum autem & ſubiectum ſcripti iſtius philoſophicum planè eſt: de moribus enim hominum hîc agitur, & ad bene honeſtéque vitam degendam nobis hoc ſcripto præire Theophraſtus voluit: quo nihil eſt φιλοσοφικώτερον, nihil philoſopho dignius. Enimuero morum cõformandorum, quod ethicus philoſophus prærogatiuæ iure quodam, quaſi proprium ſibi aſſumit, non vna eſt à veteribus ſapiẽtibus inuenta & exculta ratio. Nam idem hic, ſi propiùs attendimus, & ethici philoſophi, & hiſtorici, & poëtæ finis eſt: verùm illius quidem

quidem ἁπλῶς: horum non ἁπλῶς: habent enim hoc amplius & historicus & poëta suos peculiares fines: ille, vt rerum gestarum memoriam conseruet:& vt lectorem suum iis maximè pręceptis quæ ad Remp. bene gerendam necessaria sunt, instruat: hic, vt τὸν ἀκροατὴν iuuando simul etiam delectet. Quare tendunt quidem eôdem omnes quodammodo: sed diuersis tamen itineribus. Philosophi ratio simplex est, &, vt sic dicam, recta directáque via: de virtute enim & vitio disputans, illam sequendam, hoc fugiendum nos docet: & ad eam rem præcepta nobis suggerit. Historicus & poëta, non virtutes nec vitia in abstracto (vt loquuntur) nec eorum caussas naturámve, quod philosophorum est: sed his præditos homines considerant: factáque nobis & mores vtrorumque explicantes, imitandorum atque fugiendorum exempla suppeditant: & tacitè quodammodo nos inspicere in vitas hominum iubent, atque ex aliis sumere exemplum nobis. Rursus autem magna est latáque inter historicum & poëtam differentia: ille res gestas, vti gestæ sunt, simpliciter narrat: hic & gestas, (non enim omnia fingunt, sed multa affingunt tantùm poëtæ, ait verissimè scriptor eruditissimus Strabo) & quæ geri potuerunt, cum decenti imitatione exequitur: vnde illi ποιητὴς, vt Plato docet, nomen inditum: quia rerum quas refert, non narrator solùm vt historicus: sed quasi fabricator est & auctor: quod ille imitandi artificio præstat. Omnis enim poëta μιμητὴς, ait idem Plato. Ipsorum quinetiam poëtarum, multiplex est inter ipsos discrimen: differunt enim, vt docet Aristoteles, τῷ

ἑτέρους, τῷ ἑτέρως, τῷ ἑτέροις μιμεῖσθαι. Quorſum hæc? vt appareret, libellum hunc, medij cuiuſdam eſſe inter philoſophorum & poëtarum ſcripta generis. Subiectum quidem eſt de moribus: quos emendare, vnicus eſt auctori in hoc opere finis propoſitus: atque hoc ſaltem illi cum ethico philoſopho commune eſt, & ambobus proprium. Cæterùm tractatur hoc ſubiectum, non more philoſophorum: ſed nouo quodam docendi genere, quod deſcriptione conſtat eorum quæ homines aut hac aut illa virtute vitióve præditi, facere ᾗ τοιοῦτοί εἰσι conſueuerunt: διαφέρει δ᾽ οὐδὲν (inquit philoſophus, quarto Nicomacheorum) τὴν ἕξιν ἢ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν σκοπεῖν. Fit autem hoc à Theophraſto magna ex parte μιμητικῶς: quod poëtarum eſſe, ſuprà poſuimus. Itaque plurima inuenias in his breuibus reliquiis, quæ veluti tabulæ è naufragio ſuperſtites vtcunque remanſerunt, ex quibus huius operis cum poëtis, ſcenicis maximè & comicis, quos eſſe optimos exprimendorum morum artifices ſcimus, affinitas percipi queat: vt ſuis locis cum cura eſt à nobis indicatum. Mores igitur hominum ita hîc olim erant deſcripti, vt liceret tanquam in ſpeculo hinc virtutis ſplendorem & pulcherrimam intueri faciem: illinc verò vitiorum turpitudinem & dedecus animaduertere. Nunc, melior eius pars, proh dolor! intercidit: nam & ea pars quæ erat de virtutibus, tota hodie deſideratur: & illius quæ de vitiis, haud ſcio an portio ſaltem ἀξιόλογος fuerit, quantumcunque eſt quod ad nos peruenit. Quota enim eſt obſecro vitiorum pars quæ hîc continetur?

Nomen porrò χαρακτῆρες quo ſuum hoc opus

Theophrastus appellauit, à re impositum est, itáque argumento libri conuenit vt nihil supra. Erat namque hoc tanquam exemplar & speculũ quoddam morum, vbi virtutis & vitij cuiusque expressæ notæ cernebantur. Propterea fuere critici qui ita libri huius titulum conciperent, Θεοφράστου χαρακτῆρες περὶ ἰδιωμάτων: vt in libris nõnullis recentioribus ipsi inuenimus: sed hoc ineptum & ab hominibus indoctis profectum. Verus est titulus Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, qui tantundem fermè valet, ac si dixisset, Εἰκόνες ἠθῶν (siue εἰκονισμοὶ, vt appellat Seneca) hoc est, *Imagines morum*: sicut Cicero comicos appellat *imaginem vitæ quotidianæ*: & magnus Basilius vitas sanctorum virorum, εἰκόνας ἐμψύχους τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας. Εἰκὼν & χαρακτὴρ atque ἔσοπτρον sæpe eandem vim habent. Quare etiam, quod D. Paulus ad Coloss. dixit, Christum esse εἰκόνα τοῦ ἀοράτου θεοῦ, in ea ad Hebræos, voce χαρακτὴρ est expressum. In libro autem Sapientiæ in eadem sententia vtitur auctor vocibus ἔσοπτρον & εἰκών. Porrò is verus est cuiusque rei χαρακτὴρ, ea vera imago, quæ illius naturam optimè exprimit. Ideo Hebræi sapientes naturam vocant טבע, quasi dicas χαρακτῆρα, aut σφραγῖδα. nam illis טבעת sigillum significat. Veteres verò quidam qui post Theophrastum idem argumentum tractarunt, μικρὸν παρεκκλίνοντες, vt diceret Aristoteles, χαρακτηρισμοὺς vocarunt, quos ille χαρακτῆρας: quidam longiùs abierunt, & similium scriptorum titulos dissimiles (vti fere fieri videas) sunt cõmenti. Seneca ad Lucilium, epistola XCVI. *Ait vtilem futuram esse descriptionem cuiusque virtutis. Hanc Posidonius Aetiologiam* (malim *Ethologiã*. vide Quin-

tilianum.) *vocat: quidam* χαρακτηρισμὸν *appellant, signa cuiusque virtutis & vitij ac notas reddentem, quibus inter se similia discriminentur. Hæc res eandem vim habet quam præcipere. Nam qui præcipit, dicit, Illa facies, si voles temperans esse. Qui describit, ait, Temperans est, qui facit illa, qui illis abstinet. Quæris quid intersit? Alter præcepta virtutis dat: alter exemplar. Descriptiones has, & vt publicanorum vtar verbo,* εἰκονισμοὺς, *ex vsu esse confiteor.* Pulcherrimè ista Senecæ explicant nostri huiusce libri ἐπιγραφὴν: quam possis cum Seneca vertere *De signis ac notis morum.* Simpliciùs tamen nos, &, vt in inscriptione, breuiùs, *Morum descriptiones*, auctore Cicerone: qui in Topicis descriptiones Latinè dicit, quos Græci, inquit, χαρακτῆρας: alij rhetores χαρακτηρισμοὺς dixerunt, vt Rutilius Lupus. nam pessimè hodie in eius libris *chresterismus* editum est, pro *characterismus.* eius locum infrà describemus. Poteramus & *Notationes morum*: idque fortasse rectiùs: nisi M. Tullium sequi libitum fuisset: Auctor ad Herenniũ: *Notatio est, cùm alicuius natura certis describitur signis, quæ sicuti notæ quædam, naturæ sunt attributa:* quo loco extat sanè quàm elegans & graphica ostentatoris pecuniosi descriptio. Huius item generis sunt illæ descriptiones morum, quas Libanius & alij sophistæ appellarunt ἠθοποιΐας ἠθικὰς, διὰ τὸ μόνον ἦθος εἰσφέρειν. in his olim dicendi magistri suos discipulos magno cum fructu soliti exercere. De genere orationis huiusmodi descriptionibus accommodatæ ita scribit Theon sophista, siue Libanius. ἐργάσῃ τὴν ἠθοποιΐαν χαρακτῆρι σαφεῖ, συντόμῳ, ἀνθηρῷ, ἀπολύτῳ, ἀπηλλαγμένῳ πάσης πλοκῆς τε καὶ σχήματος. *Vteris,* ait, *in descriptionibus morum charactere* perspi

perspicuo, breui, florido, soluto, (is est quem Sophronius apud Photium ἀφοριστικὸν vocat:) à quo absit omne inuolucrum siue artificiũ curiosius & figura. Non longè abit ab hac forma Theophrasti in hoc libello character. Atque hæc quidem ita: nunc illud vice corollarij adiiciemus. Et apud Græcos Satyrus antiquissimus Peripateticus, & apud Romanos doctissimus Varro, libros, non dissimilis, vt videtur, argumenti ediderunt: quos tamen non χαρακτῆρας, sed περὶ χαρακτήρων inscripserant. Varronis librum laudatum aliquoties apud Latinos grammaticos reperimus: verùm ita, vt de eius argumento pro certo quicquam pronuntiare non possimus. ac fieri potest, vt sit is ipse quem Nonius De proprietate scriptorum vocat. quod si est, nihil hûc scilicet facit. Satyri verò librum affiné huic Theophrasteo fuisse argumenti similitudine, fermè mihi persuasit aliquando hic ex illo locus, ab Athenæo prolatus, quem apponam: dignum profectò vbique, non ibi tantùm legi. Est autem character hominis asoti: Οἱ πολέμιοι τῆς οὐσίας ὑπάρχοντες, κατατρέχοντες τὸν ἀγρὸν, διαρπάζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα, σκοποῦντες, οὐ τί δεδαπάνηται, ἀλλὰ τί δαπανηθήσεται· οὐδὲ τί περιέσται, ἀλλὰ τί οὐ περιέσται· ἐν τῇ νεότητι τὰ τοῦ γήρως ἐφόδια προκαταναλίσκοντες· χαίροντες τῇ ἑταίρᾳ, οὐ τοῖς ἑταίροις· καὶ τῷ οἴνῳ, οὐ τοῖς συμπόταις. Postremò ne illud quidem prætermittam quod est à veteribus criticis probè, vt mea sententia fert, obseruatum. Aiunt illi, Homerum fontem illum ingeniorum, huiusmodi descriptionum primum auctorem esse: eundemque suo exemplo cùm aliis præiuisse, tum etiã nostro huic auctori, quando isti

operi manum admoueret. Nam similem esse fortis & ignaui characterem hunc apud poëtam Iliad. lib. XIII.

Ἔνθ' ὅ,τε δειλὸς ἀνὴρ ὅστ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη.
Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός·
Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει.
Ἐν δέ τε οἱ κραδίη, μεγάλα στέρνοισι πατάσσει
Κῆρας ὀϊομένῳ· πάταγος δέ τε γίγνετ' ὀδόντων.
Τοῦ δ' ἀγαθοῦ, οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτέ τι λίην
Ταρβεῖ, ἐπειδὰν πρῶτον ἐσίζηται λόχον ἀνδρῶν·
Ἀρᾶται δὲ τάχιστα μιγήμεναι ἐν δαῒ λυγρῇ.

Hæc veterum est obseruatio. Sunt & apud alios vtriusque linguæ optimos scriptores similem in modum accuratæ descriptiones: quas diligenter obseruasse, non ad eloquentiæ solùm studia, sed (quod antiquius esse debet) ad naturam virtutum & vitiorum penitus cognoscendam, vtile fuerit & conducibile.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI AD THEOPHRASTI CHARACTERES ETHICOS

Liber Commentarius.

HΔΗ μὲν καὶ πρότερον πολλάκις.) Oſtendit Theophraſtus, nõ imparatum ſe ad huius operis ſcriptionem accedere: ſed re ſæpius ſecum conſiderata, expenſáque. Ideo ait ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν: familiari Ariſtoteli, & aliis philoſophis loquendi genere. ſimplicius Xenophon initio Παιδείας, Ἔννοιά ποτε ἡμῖν ἐγένετο. & initio Commentariorum, Πολλάκις ἐθαύμασα. At noſter mox quoque verbis ſignificantiſſimis vtitur, συνθεωρήσας, & παρατεθεαμένος: quæ dictiones, θεᾶσθαι inquam, & θεωρεῖν, à rebus diuinis originem habentes, de quibus dum attentiùs meditamur, ſimus ipſi quodammodo diuini, & vt philoſophus ait in decimo Nicomacheorum, nos ipſos ἀπαθανατίζομεν; poſtea ad eas res ſunt tranſlatæ, quas cum magna voluptate, vel magna cum attentione contemplamur. Eôdem ſpectat & quod ait, ſe ὡμιληκέναι παντοδαπαῖς ἀνθρώπων φύσεσιν: fuit enim neceſſe vt qui deſcribere ho-

minum

minum mores cogitaret,cum diuersæ naturę & ingenij hominibus versaretur.Sic Plato III. De Republica dicebat, eum qui futurus sit bonus iudex, debere παντοδαπαῖς φύσεσιν ὡμιληκέναι. Horatius ad Pisones,

Respicere exemplar vitæ morúmque iubebo
Doctum imitatorem,& viuas hinc ducere voces.

Ita,locum habet hîc quoque familiaris ille naturæ rerum circulus. Nam ex diligenti vitæ hominum obseruatione, confecta est hæc morum depictio: ex huius veluti tabulæ contemplatione non otiosa,vitæ & morum nascetur emendatio.

Τί γὰρ δή ποτε τῆς Ἑλλάδος.] Legi malim, τί δή ποτε πάσης τῆς Ἑλλάδος; sicut mox, πάντων τῶν Ἑλλήνων. Duas hîc notat causas varietatis illius quæ in hominum moribus atque institutis cernitur: locorum positionem, & institutionem à pueris. Illud quàm magnum ad eam momentum sit,& experientia arguit, & philosophi, geographi, astronomíque vel docent,vel docere conantur: tangit etiam Hippocrates in libro de aëre, aquis, & locis: & Galenus multis locis.mitto quæ Polybius, Seneca, Cicero, aliique multi super hoc non vno loco. *Ingenia hominum*,ait Curtius lib.VIII. *vbique locorum situs format*.In institutione autem puerili, non dicam multum momenti: sed pene dixerim, τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν esse positum. Quod ait, Græciam totam eidem subiectam esse cæli regioni, Græcósque omnes eadem disciplina solitos imbui, accipiendum est vt dictum παχυμερέστερον, ac minùs ἀκριβῶς. Nam vt demus in eadem inclinatione cæli Græciam totam (non enim hîc loquimur de magna Græcia, aut

Græcis Aſiaticis, ſed de ea tantum Græcia (quæ velut matrix omnium Gręcarum coloniarum erat) fuiſſe: tamen ſi eiuſdem partes inter ſe compares, reperies differétiam fuiſſe & in aëribus regionum & in habitantium ingeniis mirùm quantam. Ne longè abierim, quis neſcit in Bœotia alium longè cœli hauſtum fuiſſe, alium in continenti Attica? longéque craſſiore aëre vſos quàm ipſorum vicinos Athenienſes? Notum illud, *Bœotûm in craſſo iurares aëre natum.* Itaque etiam ingenia longè diuerſa, vt ex Græca hiſtoria cuiuis notum. Idem de reliquis terræ Gręciæ regionibus dici poteſt. Quid autem de inſtitutione? An putamus ſimiliter ſuos liberos inſtituiſſe Athenienſes & Lacedæmonios? Imò verò ita diuerſa erat educatio, vt difficilius ſit reperire in quo conuenirent, quàm in quo differrent. Quare, vt modò diximus, commoda interpretatione iuuandum hoc Theophraſti dictum: déque iis tantùm accipiendum, quæ Grecis ſolis propria, iiſque omnibus communia erant: Barbaris autem, aut eorum pleriſque non item. Putauimus aliquando locum totum ſic eſſe legendum: τί δή ποτε τῆς πόλεως ἁπάσης, ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης καὶ πάντων τῶν πολιτῶν ὁμοίως παιδευομένων. Mouebat hoc etiam, quod Theophraſtus toto hoc libello de Athenienſibus tantùm videtur agere: omnia enim ad mores Athenienſium & ea quæ fieri in ea vrbe ſolebant, referuntur. Veruntamen nunc placet magis vt nihil mutemus: ſed locum ita vt ſuprà expoſui accipiamus. Nam quod de Athenis ita, quaſi de tota Græcia loquitur, hæc quoque cauſſa eſſe poteſt: quòd illa vrbs dum floruit, ocellus Græciæ, & Ἑλλάδος

Ἑλλὰς fuit: vt non ſine ratione, ſicuti Roma ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, & populus Rom. δῆμος τῆς οἰκουμένης à Polemone oratore, vt referunt Galenus & Athenæus, vocatus eſt: ita Athenæ Ἑλλάδος ἐπιτομὴ, & populus Athenienſis δῆμος τῶν Ἑλλήνων dici potuerit. Propterea ait Menander apud Alciphronem in epiſtola ad Glyceram, videre ſe ἐν ταῖς Ἀθήναις τὴν Ἑλλάδα ὅλην, τὴν Ἰωνίαν, τὰς Κυκλάδας πάσας. Rectéque meo iudicio & verè Philo Iudæus, in diſputatione, ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθ. ὅπερ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τοῦτ᾽ ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι. Cæterùm περὶ τῆς τῶν τρόπων γενέσεως egregius eſt Theophraſti noſtri locus, quem deſcripſit & nobis conſeruauit Porphyrius in libro III περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Diligens lector ibi requirat: nobis enim is liber nunc ad manum non eſt: qui iſta recenſemus non per otium in muſeo, ſed ὁδοῦ πάρεργον ἐν ἀποδημίᾳ, omnibus ſtudiorum præſidiis deſtituti.

Pag. 2. καὶ βεβιωκώς.] Malim, ἅτε βεβ. vel ἅτε καὶ. Locum ſubobſcurum dedimus operam vt planum verſio redderet.

Ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα.] Ita legitur etiam in antiquis quatuor codicibus Palatinæ bibliothecæ & aliis quos vidimus omnibus. Memini etiam in Ioannis Tzetzæ Chiliadibus hunc locum ita deſcriptum reperire, & ſimiliter annos centum vno dempto attribui Theophraſto hunc librum ſcribenti. Quod etſi mirum eſt, propter tot auctorum ſilentium, qui longæuos philoſophos recenſuerunt: poteſt tamen vnius ſaltem teſtis, eiúſque admodum ἀξιοπίστου, auctoritate defendi. Ait enim Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum, *Vnde & ſapiens vir Græciæ*

Theo-

Theophrastus (ita omnino scribendum, non *Themistocles*) *cùm expletis centum & septem annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quòd tum egrederetur è vita, quando sapere cœpisset.* Quare, nisi diuersè traditum fuit ab antiquissimis scriptoribus tempus quo vixit hic philosophus, dubium non est, mendum esse in Diogenis Laertij codicibus. Error fortasse ex notis ortus: & οϑ' perperam scriptum, cùm scribi deberet ρζ', vel ρϑ'. Nusquam non isto modo in bonis vtriusque linguæ scriptoribus est peccatum. Ac commodùm mihi nunc in mentem venit locorum quorundam Plinij similiter deprauatorum: quos obiter hîc emendare non pigebit: præsertim quum de Theophrasto ibi agatur. Lib. XXIII. cap. VII. de minio loquens, ita scribit Plinius, *Theophrastus* CX. *annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum, quod tempus exit in vrbis nostræ* CCXL. *annum, tradit inuentum.* sic habent omnes quos licuit videre codices: neque aliter in nouissima editione Lugdunensi: quæ editio, si verum dicere licet, tanto nil dignum præstat hiatu. Legendum aio, *quod tempus exit in vrbis nostræ* CCCXXXIX. *annum.* Praxibulus, cuius meminit Theophrastus in libello Περὶ λίϑων, vnde hæc transcribit Plinius, archon Athenis fuit, anno secundo olympiadis centesimæ decimæ sextæ: quo anno cum librum scribebat Theophrastus, vt ex eius lectione apparet. eum autem annum incidere in annum V. C. CCCCXXXIX. non alio teste probare meliùs possumus, quàm ipso Plinio. Is igitur alio loco annum tertium eiusdem olympiadis, quo archonta (siue vt Cicero aliquando vertit, prætorem; vt Plinius sæpe, magistratum) ha-

buêre Athenæ Nicodorum, vrbis Romæ quadrin-
gentesimum quadragesimũ ait fuiſſe:vt neceſſe ſit
annum ei proximum qui habuit archõta Praxibu-
lum,eſſe annum V. C. quadringenteſimum trigeſi-
mum nonum.Sic autem Plinius libro tertio, *Theo-
phraſtus qui primus externorum aliqua de Romanis dili-
gentiùs ſcripſit , Circeiorum inſulæ & menſuram poſuit,
ſtadia LXXX. in eo volumine quod ſcripſit Nicodoro
Athenienſium magiſtratu:qui fuit vrbis noſtræ* CCCCXL.
annus. Ita ſcribi debuit hic locus, fœdè in omnibus
quas hactenus vidi editionibus corruptus. *magi-
ſtratu*,inquam,legendum non *magiſtratui*.non enim
ἄρχοντι Νικοδώρῳ, ſed ἄρχοντος Νικοδώρου,Plinius di-
cere voluit. Iam diximus Plinium ſæpe illud ἄρχον-
τος Græcorum in hiſtoria Attica,vertere *magiſtratu*.
Sic & Seneca epiſtola XVIII. *Hoc certè in his epiſto-
lis ait , quas ſcripſit Charino magiſtratu ad Polyanum.*
At in vulgatis Senecæ editionibus ſcriptum inue-
nias *Charino de magiſtratu*. falsò : nam χαρίνου ἄρ-
χοντος dicere auctor voluit : & in meo ſcripto codi-
ce non extat illud *de*. Fuit Charinus hic archon
anno primo olympiadis CXVIII. auctor Diodorus
libro XX. Agebat Epicurus tunc temporis annum
XXXV. ſiquidem natus eſt ille tertio anno Olym-
piadis centeſimæ nonæ:denatus autem anno altero
Olympiadis CXXVII.quod noto,vt obiter Laertij
vulgatas editiones emendem , in quibus malè ſcri-
bitur obiiſſe Epicurum κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ἑβδόμης καὶ
ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος. vera lectio eſt, τῆς εἰκοστῆς ἑβδό-
μης καὶ ἑκατοστῆς ὀλ. Sed vt ad Plinium redeam,falſiſ-
ſimè ſanè legunt vulgò CCCCLX. in ſuperiore loco:
legendum enim vt nos emendauimus , & quidam
etiam

etiam veteres codd. habent, CCCCXL Mitto rationes chronologicas, quas de facili possim afferre. Plinium ipsum malo: cuius hæc sunt libro XIII. cap. XVI. *Theophrastus qui primus a Magni Alexandri ætate scribit quæ circa vrbis Romæ quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum.* Non alia iam confirmatione opus habent superiores emendationes: & alioqui res eiusmodi est quæ inspectione magis fastorum Græcorum Latinorúmque indigeat, quàm longiore probatione.

Κατὰ γένος ὅσα τυγχάνει γένη.] Ita accipe: exponam tibi: quid? ὅσα γένη quomodo autem? κατὰ τὸ γένος. Illis declaratur subiectum: his modus & ratio eius tractandi. Legimus verò προσκείμενα non προκείμενα, vt vulgò: nam mores sunt accidentia quædam, quæ nobis πρόσκειται & inhærent, atque habitus per quos dicimur ποιοί. M. Tullius mores comparat vnguentis quibus corpus extrinsecus oblinitur, cùm ait in Bruto, *Ita peregrinata eloquentia tota Asia est, vt se externis oblineret moribus.*

ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται.] Verba sonant, *quomodo rem administrent familiarem.* Maluimus tamen aliter vertere: quia in plerisque capitibus de familiæ administratione nihil legas. Cæterũ quod generaliter his verbis dicitur, cautè accipiendum, cum hac restrictione, quod ad illa attinet quæ faciunt, ᾗ τοιοῦτοί εἰσιν ἢ τοιοῦτοι.

Τοὺς υἱεῖς ἡμῶν.] Videtur Theophrastus cùm hæc scribebat, vel natura vel adoptione liberos habuisse: quorum tamen neque Laertius meminit: neque vlla eorum in testamento Theophrasti mentio. Mouerit hoc fortasse aliquem: sed enim multi

casus interuenire potuerunt post scriptum hunc librum, qui liberis illum orbum facerent. Quid si verò συλληπτικὸν σχῆμα esse dicamus, & in scribendo & in loquendo valde vsitatam figuram? Adde, quòd olim senes à iuuentute patres salutari solebant.

P.3. Πρῶτον μὲν οὖν π.] Pertinet hoc ad ordinẽ quem toto libro erat secutus: primùm, inquit, de εἰρωνείᾳ verba faciam: deinde reliqua animi παθήματα sigillatim describam. Quod sequitur, καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, non eôdem referendum, sed ad methodum quam in singulis capitibus est seruaturus: quæ ea est, vt vitium ipsum rudi descriptione initio statim adumbret: deinde vitiosum hominem suis coloribus depingat, iis commemorandis quæ facere solet, quatenus talis est: puta, ὁ εἴρων, quà est εἴρων. Nonnunquam etiam breuem monitionem, velut ἐπιμύθιον quoddam, & epicitharisma post fabulam adiicit.

ὥσπερ ὑπερεθέμην] Quidam ὑπεθέμην. quod est vsitatius, sed nihil fortasse mutandum. Sic in Rhetorica ad Alexandrum, συλλήβδην δὲ τὰς πάσας πίστεις καθάπερ ὑπερεθέμεθα, διεξεληλύθαμεν. Scripta lectio ἐπεθέμην. vitiosè, pro ὑπεθέμην.

Ad caput περὶ εἰρωνείας.

P.4. Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία] Ante omnia sciendum est, in vocibus εἴρων & εἰρωνεία latere homonymiam. Aliâs enim εἴρωνα eum vocant Græci, qui ita sit factus, vt de se semper intra modum loquens, potius sibi ea bona demat quibus est prędítus, quàm alieni

alieni quicquam tribuat. Talis olim Socrates fuit, & poſtea Africanus, teſte Fannio apud M. Tullium: quos nemo propterea vituperauit, inquit ille. etſi, vt ex eodem Tullio diſcimus, reperti ſunt etiam philoſophi, quibus Socratis εἰρωνεία adeo non probaretur, vt non dubitarint eum ſcurram Atticum nominare, vt eſt in primo De natura deorum. Hæc εἰρωνεία & iocandi ratio admodum olim familiaris Athenienſibus fuit: ideo ait Anacharſis apud Lucianum, τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὡς εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. & alibi idem εἰρωνείαν καὶ μυκτῆρα Ἀττικὸν commemorat: Seneca naſum Atticum. Eandem ob cauſam Epicurus homo non aptiſſimus ad iocandum, Ciceroni dicitur *minimè reſpiciens patriam*, ſecũdo de natura deorum. ſic enim omnino legendum non *reſpiciens*. Aliâs verò non cum laude hæc vox dicitur; ſed ſummo potiùs cum probro: de eo enim vſurpatur, qui ſimulare & diſſimulare quiduis didicit, non per iocum nec modeſtiâ vlla, ſed ſui commodi cauſa, & vt alteri incommodet. Sic apud comicos εἴρων inter grauiſſima conuitia ponitur, vt apud Ariſtophanem. In ſacris autem literis εἴρων hic, & εἰρωνεία nominari ſolent, ὑπόκρισις & ὑποκριτής, vocibus ſignificantiſſimis: quas Themiſtius ſua ætate ea notione ſolitas vſurpari in oratione quadam notat. Atque hæc eſt ea εἰρωνεία, iſque εἴρων de quo Theophraſtus hoc toto capite. Ariſtoteles contra in Nicomacheis priorem illam intelligit, non hanc poſteriorem: quod moneo, quia video doctos viros aliter hæc accepiſſe: in quo ſanè eos ratio fugit, vt ex ſequentibus apparebit. Porrò εἰρωνείαν de qua

hîc, non placuit *dissimulationem* dicere: nimis enim angusta est ea vox, vt etiam Quintiliano visum: cum hîc non de dissimulatione agatur, qualis fuit illa Socratica: sed longè vt diximus alia, cùm dissimulatione, tum etiam simulatione: eorum nimirum qui ob turpem aliquam caussam, tam simulant se habere aut agere, quod non habent, aut non agunt: quàm de iis qui quod habent agúntve, dissimulant. Cicero de hac ironia loquens, vtramque vocem solet coniungere. Officiorum libro tertio, *Quòd si Aquiliana definitio est vera, ex omni vita simulatio dissimulatióque tollenda est.* Et mox, *Ita nec vt emat melius, nec vt vendat, quicquam simulabit dissimulabítve vir bonus.* Salustius Catilin. *cuiuslibet rei simulator ac dissimulator.* Idem auctor *falsum* vocat hominem εἴρωνα & re vera, εἰρωνεία hîc descripta, *fallacia* est. Nos malumus tamen vel *ironiam* (quãdo eam vocem ciuitate Romana Tullius ipse donauit) vel *cauillationem*, vitiũ hoc Latinè dicere. vix enim aliam dictionem Latinam reperias quæ Græcæ sit magis ἀντίστροφος. similis enim in ea latet homonymia. Glossarium, *Cauillatio*, κακοήθεια εἰρωνεία. Sic accipitur verbum *Cauillari* apud Liuium, alióśque. Plutarchus hominem εἴρωνα, qualis hîc describitur, vocat πανοῦργον καὶ ἀναλήθη, in comparatione Alcibiadis cum Coriolano. sic Synesius in Dione εἰρωνείαν & ἀλήθειαν opponit: Possis etiam εἰρωνείαν Latine dicere *vernilitatem*. Seneca, epistola xcv. *Interdum obnixè petimus, id quod recusaremus, si quis offerret.* lib. II. De beneficiis, cap. XI. *quidã verniliter reiiciunt, quæ magis ad se volunt attrahere.*

προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων.] Hæc

Theo

Theophrasti definitio, siue descriptio. Aristoteles verò sic, προσποίησις ἐπὶ τὸ ἔλαττον ὁμοίως ἐν λόγοις καὶ ἐν πράξεσιν. Hanc definitionem hausimus partim ex libro quarto, partim ex secundo Nicomacheorum. Differentia in vnica voce posita est. Aristoteles ait, ἐπὶ τὸ ἔλαττον, *in minus*: de eo enim irone intelligebat, qui omnia minora fingeret: Theophrastus, ἐπὶ τὸ χεῖρον, *in peiorem partem*: quia de eo loquebatur qui non deteriora tantùm sua fingeret: sed omnia etiam ad malum aliquem finem referret: quod perpetuò obseruabis in omnibus notis quibus suum εἴρωνα insignit. Tantum igitur commune est inter vtrumque, quòd simulatione vterque vtitur, & à vero vterque discedit: finis verò longè diuersus. Si quis dicat, etiam eum de quo Aristoteles sentit & loquitur, qualis nempe fuit Socrates, posse quiduis ἐπὶ τὸ χεῖρον fingere: Respondemus ex Aristotele, οὐκ ἐν τῇ δυνάμει ἐστὶν ὁ εἴρων: sed ἐν τῇ προαιρέσει. Non enim si quis ea facultate præditus sit, vt quiduis simulare, dissimularéque sui commodi causa queat, statim εἴρων & hypocrita fuerit dicendus: sed si ad facultatem eam voluntas accesserit. Solitus olim gloriari imperator Titus, se vel maximum falsarium esse potuisse: imitari enim norat omnium manus & chirographa. nemo tamen propterea falsarium eum meritò dixerit. Sic sophistam non iure dixeris, eum qui omnia sophistarum περιτσώματα, omnes τερθρείας & præstigias norit: sed qui nouit simul & vtitur. Sic solo fine separantur ἀρέσκεια & κολακεία. Sunt alia sexcenta de genere hoc. Solet autem Theophrastus suas descriptiones cum excusatione quadam proferre, ne

quis hîc exquisitas requirat definitiones. Ait igitur ὡς τύπῳ λαβεῖν: quod loquendi genus ex Aristotele aliisque Theophrasti libris, & Platone ipso notum est. Apud eundem in III. De republica, opponuntur ἐν τύπῳ & δι᾽ ἀκριβείας. quin ipsæ descriptiones huiuscemodi minùs accuratæ, τύποι vocantur, & ὑπογραφαὶ in philosophorum scholis.

οἷς ἐπέθετο λάθρα.] Non est ἐπιτίθεσθαι, *inuehi in aliquem*: sed tanquam ex insidiis & superiore loco adoriri. ab ea notione est vox ἐπιθέτης, pro plano & impostore: vt in illo, Γραικὸς ἐπιθέτης; & apud Iohannem Chrysostomum in eam ad Philipp. hom. I. Significat & ἐπιχειρεῖν, accingere se ad aliquid faciendum. Vnde est νωθρεπιθέτης apud philosophum in Physiognomonicis, pro cunctatore. Hos homines de quibus hic Theophrastus, Græci λαιθάργους & λαθροδήκτας siue κρυφοδήκτας vocant: quibus conuenit prouerbium Plautinum.

Palam inquit blandiuntur: clam si occasio vsquam est,
Aquam frigidam subdolè suffundunt. item illud Sophocleum,

Σαίνουσα δάκνεις, καὶ κύων λαίθαργος εἶ.

Συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις.] Puta, in iudicio, si litem perdiderint: aut ex aliquo certamine (qualia erant apud veteres multa) inferiores recesserint: aut denique clade belli sint affecti. Latè patet Græcorum vox ἧττα, cui parem Latini non habent. Talis εἰρωνεία Polymestoris apud Euripidem. cùm enim per summum nefas impurus ille filium Hecubæ Polydorum occidisset, & domus Priamicæ casu totus exultaret, ita tamen ibi Hecubam alloquitur,

Ὦ φίλτατ᾽ ἀνδρῶν Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σύ,

Ἑκάβη,

Ἑκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν.

καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις.] Est ἐπιμονὴ quædam: bis enim idem dicit. Nam cum superioribus ista malo coniungere, & repetere συγγνώμην ἔχειν, quàm cum sequentibus, vt vulgò interpretes.

P. 5. *πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας.*] hoc est, siue quis δάνειον ab ipso petat, siue ἔρανον. quid sit, δάνειον, nemo ignorat: ἔρανος verò quid esset in toto isto libello, nesciuerunt priores interpretes. vide ad caput de arrogantia. Huc pertinent illa Horatij,

Sed metui mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriæ, mihi commodus vni.

καὶ μὴ πωλῶν φήσει πωλεῖν.] Quorsum hoc? nempe vt eo pacto manum illi adeat apud quem ista loquitur: itáque pecunia illum emungat, aut aliam fraudem faciat. Noui ego non paucos qui has artes probè callerent: quos cùm videas holosericis indutos ambulare, aut cùm audias magnificè se & suos quæstus prædicare, meros Crassos Crœsósve esse censeas. hac ratione homines simplices & parũ cati inducuntur vt putent si quid habeant nummorum, non id melius vsquam collocari, quàm apud istos posse, quos tantis opibus esse præditos audiunt. *Vt enim fama est homini, exinde pecuniam solet inuenire.* Sic misellis os sublinitur.

καὶ ἀκούσας τι δόξει μὴ προσποιεῖσθαι.] Planè miror cur hac lectione quisquam offendatur. δόξει, hoc est, *videri volet.* est autem pro, μὴ δόξει προσέχειν. vt apud Plutarchum in re fere eadem, οὐ δοκῶν ἀκούειν. Euripides Medea, Ἤκουσά του λέγοντος οὐ δοκῶν κλύειν. Aristophanes Pluto, οὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι, hoc est, dissimulabant se videre me. Scribitur & δείξει. for-

tasse pro λέξει. sed nihil mutandum.

καὶ ὁμολογήσας, μὴ μεμνῆσθαι.] Ecce ait se εἴρωνα eum intelligere, qui pactus aliquid dicat se non meminisse: hoc est, pactis non stet. neque enim de quauis confessione verbum ὁμολογεῖν hoc loco accipimus: sed pro consentire in rem aliquam, aut aliquid spōdere. Hoc verò planè alienum est ab eo quē Aristoteles εἴρωνα vocat: disertè enim philosophus admonet, se nō tractare eo loco de ea veritate aut falsitate quæ spectatur in contractibus & commerciis: sed de ea quę in colloquiis ac familiari cōsuetudine. οὐ γὰρ, περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν, οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συντείνει. ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς. Sunt autem hoc hominum genere omnia referta; quibuscum nisi è syngrapha semper agas, nihil agas. Talis ille leno Cappadox in Curculione Plautina.

Mil. *Quando vir bonus es, responde quod rogo.*
Ca. *roga quod lubet.*
Mil. *Promisistin' si liberali hanc quisquam assereret manu,*
Te omne argentum redditurum? Ca. *non commemini.*

καὶ τὰ μὲν σκέψασθαι.] Lego σκέψεσθαι. Hoc nostri εἴρωνες dicere solent, *I'y penseray.* Menander lepidis versibus eos exagitat, qui rogati aliquid ab amico egeno, dicunt Σκέψομαι: quod hodie nimis multi faciunt amici nomine tenus, &, vt ille ait, *Factiosi lingua, inertes opera, sublesta fide.* Sic Menander,

Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι
Καὶ Σκέψομαι λέγοντες! ἄνθρωπος γὰρ ὢν
Σκέψῃ σὺ περί τοῦ δυστυχοῦς ὅταν τύχῃς;

Potest

Potest & ἐσκέφθαι, quod quidam codices habent, ferri: optiméque cum sequentibus conueniet: vertes, *se iam cogitasse.*

Καὶ λέγει ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι] Sensus est, cùm ipsemet fuerit qui id quo de quæritur dixerit fecerítve, non se tamen, sed alium fuisse dicet, à quo id sit dictum factúmve. Nostri homines hoc dixerint, *Vous me prenez pour vn autre.* Possis hoc & ad verbum ἐκπλήττομαι referre. nam qui ἐκπλήττονται (est autem ἔκπληξις siue stupor, aut horror, vehemens quædam admiratio, id est, θαυμασιότης ὑπερβάλλουσα ait philosophus Topicorum quarto) ij quodammodo de statu mentis deiiciuntur, eáque ecstasi alij à seipsis fiunt. Sæpe etiam accidit, vt quis opinioni suæ & expectationi contrarium quid audiẽs, in stuporem simul detur, & sententiam mutare cogatur: & ita quoque alius à se ipso fiat: sicut Megaronides ille Plautinus in Trinummo: qui cùm Calliclem eo consilio adisset vt eum concastigaret pro commerita noxia, vbi tamen eum loquentem audit, repente mutat animum, & exclamans, ait:

Proh di immortales verbis paucis quàm citò
Alium fecisti me, alius ad te veneram.

Sic apud Demosthenem in ea πρὸς Φορμίωνα, de eo qui sententiam mutauerat, ἕτερος ἤδη ἦν καὶ οὐχ ὁ αὐτός. Prima interpretatio magis mihi probatur, éstque simplicior.

Pag. 6. ἀλλ' ὅρα μή σου θᾶττον.] θᾶττον, hoc est, citiùs & nimis εὐήθως atque ἀβασανίστως, simplicium hominum more, qui fere subitò credunt. vel θᾶττον accipe pro ἀθρόως & repentè: quod de iis vsurpatur qui impetu quodam animi magis quàm consilio

ſilio aliquid faciunt. Sic apud philoſophum opponuntur ἄθαττον & ἐκ προσαγωγῆς. *ſtatim & per quaſdam acceſſiones.* Seneca elegãter *impetu placere*, pro ἄθαττον καὶ ἀβασανίστως, epiſtola c i. Notabis illud πιστεύειν φωνάς: erat vſitatius φωναῖς, vt πιστεύειν λόγοις: ſed φωνὰς omnes etiam ſcripti Palatini.

καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας.] Vocat πλοκὰς quæ Cicero *inuolucra & integumenta diſſimulations*: ſiue ſubdolos & ad fallendum compoſitos ſermones, tanquam retia aut laqueos. Has poëta vetus apud M. Tullium *verſutiloquas malitias* dicit. Poſsis vertere *orationem intortam* cum Plauto in Ciſtellaria: vbi feſtiuiſſimus poëta iſtiuſmodi homines (*alterplices* veteribus Latinis dictos, Græcis στρεψιμάλλοις) inuoluolo ſimiles ait beſtiæ damnificæ, quæ in pampini folio implicat ſe. Sic πλέκειν μηχανὰς ſæpe apud Græcos poëtas. Παλιλλογίας vertimus *dicta recantata.* Cantare enim eſt, idem ſæpius dicere, vt & ὑμνεῖν apud Græcos. Videtur autem Theophraſtus iſta voce ſermones ancipites, & qui diuerſo aut etiã contrario modo accipi queant, intelligere. πάλιν vtrumque ſignificat, & *iterum*, & *contra.* Hîc igitur ſignificat non iterum, ſed contra: ſic apud poëtam πάλιν ἐρεῖν, non eſt *iterum dicere*, ſed *contrarium.* & παλινῳδία eſt, non tam *iterata cantio*, quàm *priori contraria*: & ſic apud Horatium, *recantata opprobria.* apud Pindarum παλίγλωσσος πόλις καὶ βάρβαρος, *Vrbs quæ diuerſa lingua vtitur ab aliarum gentium linguis.* Idem poëta Nemeonicarum, oda prima, παλίγλωσσον δέ οἱ ἀθάνατοι ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν. hoc eſt, *contrariam.* Ita alia multa dicuntur.

οὐ χεῖρόν ἐστιν εὑρεῖν οὐδέν.] Præclarè maximus poëtarũ:

ἔχθρος

Ἔχθρος γάρ μοι κεῖνος ὅμως ἀΐδαο πύλῃσιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.
Haud minus ille mihi exosus quàm ianua Ditis,
Mens aliud cui tecta tegit, quàm lingua loquatur.

Ad caput περὶ κολακείας.

THN δὲ κολακείαν.] Inter virtutes quæ ad ὁμιλίας & vitæ quotidianæ consuetudinem propriè pertinent, ideóque ἕξεις ὁμιλητικαὶ à Platone vocantur, Aristoteles quarto Nicomacheorum primam numerat illam, qua qui fuerit præditus, is & facta & dicta omnia sua ita temperabit, vt eius conuictus omnibus sit futurus gratus, suauis atque etiam iucundus: omni enim asperitate morum, & morositate, quæ est ἐρημίας ξύνοικος, carebit: immo è contrario in eo elaborabit, vt, quantum honestas & virtutis amor permittent, voluptati sit iis quibuscum versatur. Hanc virtutem quia proprio nomine carebat, Aristoteles in Nicomacheis φιλίαν nuncupauit, explicatione adiecta, quomodo eam vocem vellet hîc intelligi: at in Eudemiis σεμνότητα vocauerat. & vt in nominibus virtutis variauit, ita etiam in vitiorum ei oppositorum, vt capite περὶ αὐθαδείας dicemus. Habet enim hæc quoque virtus sibi opposita vitia, hinc κατὰ τὴν ἔλλειψιν, illinc κατὰ τὴν ὑπεροχήν. ac de iis quidem qui defectu humanitatis peccant hac in parte, est caput illud περὶ αὐθαδείας. De iis verò qui modum excedunt, & nimis suaues ac dulces esse volunt, sunt hæc duo capita: περὶ κολακείας alterum, alterum περὶ ἀρεσκείας. nulla enim re admo

admodum hæc duo vitia differunt, nisi fine qui diuersus est. quo quidem ita discriminantur, vt cùm vitium sit vtrumque, tamen comparata blanditia ad adulationem, pene virtus videatur, non vitium: verùm de blanditia infrà suo loco. Adulationis autem finis est priuatum commodum. Eam definit Theophrastus ὁμιλίαν αἰσχρὰν, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι. In Theæteto Platonis κολακεία definitur breuiter, τέχνη ἡδυντική, *ars suauitatis conciliatrix.* In eiusdem Definitionibus (non enim iis assentiri debemus, qui temerè & contra auctoritatem vetustissimorum scriptorum illum librum à Platone abiudicant) ita definitur: Κολακεία, ὁμιλία ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίστου, quam definitionem tribuit Theophrastus blanditiæ: meliori sanè consilio, & conuenientiùs iis quæ antè ex Aristotele diximus: addit verò Plato etiam aliam: ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπερβάλλουσαν τὸ μέτριον. quæ etiam blanditiæ meliùs conueniat. quare prudenter Theophrastus ex Aristotele illa adiecit, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι, vt à blanditia separaret. Non multo aliter B. Chrysostomus, qui homilia v. in epistolam ad Philippenses, ita hoc vitium describit: Κολακεία ἐστὶ καὶ ἀνελευθερία ὅταν τὶς θεραπεύῃ τινὰς ἐπὶ μηδενὶ τῶν δεόντων, ἀλλὰ θηρώμενός τι τῶν βιωτικῶν. *adulatio, (quæ est eadem illiberalitas,) est quando aliquis, ob nullam rem honestam aliquem colit, sed aliquid eorum captans, quæ ad vitæ commoda pertinent.* Quod autem ait αἰσχρὰν, mallem ταπεινὴν dixisset: aut potius simul vtrumque posuisset. Nam & *indecora adulatio* est, vt vocatur Suetonio, recteque Tacitus *adulationi fœdum crimen seruitutis inesse* pronunciat: & proprium hoc

est adulatoris, abiectè & demissè loqui, & in omnibus regi suo supparasitari ac secundas agere: ideo dicebat philosophus Politicorum libro quinto, ἔργον κολακείας εἶναι, ταπεινῶς ὁμιλεῖν. & verè Clearchus Solensis, Aristotelis discipulus, proprium hoc adulatoribus esse dixit, vt suos sibi ipsi animos frãgerent, & spiritum generosum qui ingenuos decet, demerent, ταπεινὰ ποιοῦντες τὰ ἤθη αὐτῶν: eos verò quibus seruirent, tumore inflarent, & redderẽt vanos, & χαύνους καὶ κενούς, atque, vt loquitur Seneca, infatuarent. Vertimus autẽ αἰσχρὰν *turpem*, non *indecoram*: nam αἰσχρὸν opponitur τῷ καλῷ, id est honesto: aliud verò est τὸ πρέπον, aliud τὸ καλὸν, si propriè loqui volumus. Porrò vocis κόλαξ notationẽ variè explicant Græci grammatici, ad quos te reiicio. Veteres Romani *grassari*, ἀντὶ τοῦ κολακεύειν vsurpant, vt Festus docet: & ita dixit Horatius, *Obsequio grassare.* inde *grassator*, ὁ κόλαξ: quem etiam *stlatarium* à *stlata* quod fuit nauigij genus, vt puto ὑπηρετικοῦ, dixerunt. Glossarium, *Stlatarius*, ἐργόμωκος. quid autem sit ἐργόμωκος, in altero Glossario declaratur: Ἐργόμωκος, *adulator, ambitiosus.* Ἐργομωκία, *adulatio.* Ἐργομωκεύειν, *ancillor, adsecto, adulor.* vbi etiam vides *ancillor*, idem esse cum adulor. quod probatur altero Glossario, vbi hæc scribuntur, *Ancillor*, κολακεύω, *Ancillula* ἐργόμωκος, παιδίσκη. Adiiciam & hæc ex eodem libro, *Adsentio*, ἐργομωκῶ. συγκατατίθεμαι. & alibi, *Fuco*, ἐργόμωκος. Puto autem ex eo dici ἐργόμωκον adulatorem, quia ferè solent adsentatores eos quibus palam adulantur, à tergo pinsare, vt verissimè Persius ait. Hesychius sanè aliter, ἐργομωκῶν, ἐμπαίζων.

ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν.] Latè patet vox ὁμιλία, & ea omnia fermè complectitur quæ in vitæ quotidianæ vsu solent accidere. Latini ferè pluribus verbis huius Græci vim exprimunt: sicut & Græci quoque interdum coniungunt ἡ ὁμιλία & τὸ συζῆν, vt in quarto Nicomacheorum. Eruditissimus Apuleius τὸ ὁμιλεῖν voce *fabulari* expressit in apophthegmate quodam Aristippi. iterum dico, parum commodè. Scio, erunt etiam hîc qui exclament & temere nos de Apuleio pronunciare dictitent: sed nos istos exclamatores alibi σὺν θεῷ καὶ μούσαις compescemus. Latissimè sanè patet, vt diximus, vox Græca: quare etiam Aristoteles ὁμιλίας ἀνθρώπων & πραγμάτων dixit in septimo Nicomacheorum, & ante eum Isocrates in priore ad Nicoclem, & Hippocrates τῷ ψύχει καὶ τῷ θάλπει ὁμιλεῖν, in Prorrhetico maiore. & in lib. Περὶ ἰητροῦ, de instrumentis medicorum loquens, εἰ μέλλει ὁμιλέειν τῷ νοσοῦντι μέρει. Vide Erotianum. Apud Plutarchũ leges ὁμιλεῖν ἡδοναῖς: apud historicos sæpe ὁμιλεῖν καιροῖς: quod Plutarchus in Mario dixit ὁμιλεῖν τύχαις. quem locum deprauat Muretus in Variis suis: nã prorsus est ὕθλος καὶ φλήναφος, quod ille somniat de ὁμιλήσει cum ει diphtongo, per inquam hoc est ineptum. quum & in Sylla iterum sic loquatur idem auctor: & quod Muretus nõ est οὐδ' ὄναρ suspicatus, Bœotus à Bœoto fœnerarit loquendi id genus. Ita enim Pindarus Nemeonicarum ode prima, ----ὁ δέ οἱ φράζε καὶ παντὶ στρατῷ Ποίαις ὁμιλήσει τύχαις. Sic vsurpatur vox προσομιλεῖν in Platonis Lachete. Sic etiam dixit Athenæus καθομιλεῖν καιροὺς, libro XII. Porro est hæc dictio militaris propriè, & in castris

nata,

nata. vide Euſtathium. Apud Latinos Cicerone inferiores, non minùs latè patet verbum *conuerſari*. maximè apud Senecam: vt *conuerſari triſtitiæ*. ὁμιλεῖν λύπῃ, epiſtola c.

τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτ.] Habes perpulchram adulatoris deſcriptionẽ apud Plutarchũ, De diſcrimine amici & adulatoris. ibi, Τοιοῦτος ὁ κόλαξ, οἷος ῥήτορες φαύλου. &c. Galenus in libro de dignoſcendis curandiſque animi affectibus, adulatorẽ tribus notis inſignit, τῷ προσαγορεύειν, τῷ προπέμπειν, τῷ συνδειπνεῖν τοῖς πολὺ δυναμένοις ἢ πλουτοῦσι.

Pag. 7. ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σε οἱ ἄνθρ.] Similia his Artotrogus regi ſuo apud Plautum initio Militis glorioſi.

ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ.] Non aſſentior interpretibus quibus videntur hæc Latinè efferenda, *dignitatis tuæ ſplendorẽ magno omnium aſſenſu obtinebas*. Aliud enim eſt εὐδοκιμεῖν iſto loco, aliud apud M. Tullium, dignitatis ſplendorem obtinere: quod potiùs conuenit τοῖς ἐν τέλει. at εὐδοκιμεῖν, id eſt, *bene audire*, ſiue *bona fama*, etiam mediocris fortunæ & pauperi, quorum eſt magna paſſim indignitas, conuenire poteſt: ex ſequentibus enim apparet ad laudem probitatis & integræ vitæ eſſe hoc referendum, non ad dignitatis ſplendorem. Quare exiſtimo εὐδοκιμεῖν hîc eſſe quod dixit Cicero, *fructum virtutis ſuæ capere*, in Miloniana. & alibi idem τὸ εὐδοκιμεῖν vocat *fructum bonæ exiſtimationis*. Propriè εὐδοκιμεῖν ſiue εὐδόκιμον εἶναι, de eo dicitur, quem vulgo homines laude dignũ iudicant. itaque Iſidorus Peluſiota ſcriptor cum primis eruditus, τὸ εὐδόκιμος εἶναι & ἐγκωμιάζεσθαι ita diſtinguit, vt illud dicat eſſe tacitum

iudicium hominũ bene de aliquo iudicantiũ & inter se consentientiũ; hoc, laudationẽ quæ sermone tribuitur. sic ille epistola C X X X I. libri quarti: εὐδόκιμοι μὲν γὰρ (fortè εὐδοκιμεῖν γὰρ) ἐστὶ κυρίως τὸ ἀποδοχῆς ἀξιοῦσθαι ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων ταῖς ἄνευ ἀπάτης ἀδεκάστως τὰς ψήφους φερούσαις. ἐγκωμιάζεσθαι δὲ ἐν λόγῳ πολλάκις κολακείαν πνέοντι, καὶ μηδὲν ἀληθεύοντι. Est verò in hoc Theophrasti loco mirè emphatica translatio verbi κατενεχθῆναι, quod mox sequitur. Nam voluit indicare, sicuti sua sponte grauia deorsum ferũtur, ita omnes qui aderant, non quòd eius qui laudabatur, gratiam captarent, sed tanquam ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐκβιασθέντας, vt loquitur philosophus, in eius nomen incidisse: quasi videlicet ita sit omnibus perspecta eius probitas, vt iam illius nomen non hominis, sed virtutis ipsius proprium videatur. Parem elegantiam obseruabamus apud Plinium Secundum in sententia nõ dissimili: vbi *reddi nomina* tanquam debitum dicuntur, sensu quo hîc καταφέρεσθαι εἰς τὸ ὄνομα epistola X X I I I. libri I X. Vtitur hanc vocem Theophrastus iterum Περὶ λαλιᾶς.

ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα.] Hippocrates dixit ἀπὸ τῶν ἱματίων κροκίδας ἀποτίλλειν. magis propriè: sed & idem alibi ἀφελεῖν κροκίδα. dicitur & λέγειν κροκίδα, vt apud Celsum, *in veste floccos legere.* Vocarunt autem Græci κροκύλεγμον genus hoc adulationis. Hesychius, Κροκύλεγμος, τὸ κολακευτικῶς τὰς κροκίδας ἀπολέγειν τῶν ἱματίων. Adeo autem frequens fuit hæc adulatio, vt inde natum sit prouerbium, quod ita explicant Græci. Suidas, Ἀφαιρεῖν κροκίδας, ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων ἕνεκεν κολακείας. ἄλλοι τε χρῶνται καὶ Ἀριστοφάνης· εἴ τις κολακεύει πα-

ρὼν

ρῶν καὶ τὰς κροκίδας ἀφαιρῶν. In Plutarchi Sylla, Valeria ſoror Hortenſij de veſte Syllæ floccum vellens, lepidiſſimè illi adulatur. Non ſolùm autem floccos vel fratillos tollere olim adulatores ſolebant: ſed & alias omne genus ſordes abſtergere: neque omiſit hoc præceptum nequitiarum magiſter in Arte, & in Amoribus ait idem poëta,

Dum loquor, alba nigro ſparſa eſt tibi puluere veſtis:
Sordide de niueo corpore puluis, abi.

In Veſpis Ariſtophanis Euphemius κόλαξ dicitur ſpongia calceos mundare. τὸν σπόγγον ἔχων, ait, ἐκ τῆς λεκάνης τὰ 'μβάδι' ἡμῶν περικωνεῖ. Videntur & caudas leporum ſoliti ſecum geſtare, vt præſto eſſet quo oculos ſenum lippientium κολακευτικῶς abſtergerent. Ariſtophanes in Equitibus.

Ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγῶ τὼ 'φθαλμὼ περιψῆν.

Similiter in Lyſiſtrata mulier nequam marito ſuo adulatur. Turpiſſimum verò illud apud eundem poëtam adulationis genus, Ἀπομυξάμενος ὦ δῆμ', ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ. Spurcum hoc & fœdum: ſed longè turpiora his apud Atheuæum legas, & Suetonium in Vitellio, capite ſecundo.

Προσενεχθῇ ἄχυρον.] Secuti ſumus Palatina exemplaria. In quibuſdam editis olim eſt, προσαχθῇ.

Ἔχεις πρὸς τὰ ἔτι μέλαιναν τὴν τρίχα.] Serò caneſcere, vegetæ ſenectutis & viridis argumentum: qualis eſt eorum quos Græci ὠμογέροντας vocant: qualis etiam ille Plautinus Periplectomenes, qui negat ſe propter ætatem exaruiſſe ex amœnis rebus. Ideo olim ſoliti homines molles, quos ne longa quidem ætas ad frugem bonam reuocarat, canitiem occultare, non ſecus ac mulieres. Teſti-

monia de vtrisque passim sunt obuia in Græcorum epigrammatis, Martiale, aliísque poëtis. sed & pharmaco vsos constat viros molles & effœminatos, ad celandam capitis niuem: eius fuci compositionem docet elegans poëta Serenus Sammonicus, & meminêre Tertullianus, Iosephus, alij. Clemens Alex. χρίσματα πολιῶν vocat lib. I I I. Pædag. Aristophanes Concionantibus,

κἂν εἰ τὸ φάρμακον
Ἕψουσ' ἔτυχες ᾧ Λυσικράτης μελαίνεται.

Adulatores quoque moris habuisse suo regi canos vellere, testatur idem poëta Equitibus, vbi sic loquitur adulator,

Ἐγὼ δὲ τὰς πολιάς γέ σου 'κλέγων, νέον ποιήσω.

Καὶ λέγοντος αὐτοῦ π.] Puta in declamationibus, aut recitationibus, quibus olim docti homines impensè delectabantur. In iis igitur, aut similibus συγγινήσεσιν, adulator, ei quem obseruat, audientiam facit, ac reliquis ad laudandum recitatorem quamuis ineptum, & præit exemplo, & celeusmasin hortatur. Variis autem modis solebant veteres in istiusmodi cœtibus (Græci ἐπιδείξεις & ἀκροάσεις vocant; Cicero quoque acroases) approbationis signum dare: maximè verò his tribus: silentio attento, gestu corporis aliquo (vel manibus plaudentes, vel assurgentes, exultantésque, vel certo quodam modo vultum componentes) & secunda acclamatione. Plinius Secundus lib. quinto de recitationibus loquens: *Multa enim à multis admonetur: & si non admoneatur, quid quisque sentiat, perspicit ex vultu, oculis, nutu, manuum motu, murmure, silentio: quæ satis apertis notis iudicium ab humanitate discernunt.*

scernunt. Idem libro sexto, *Non labra diduxerunt, non mouerunt manum, non denique assurrexerunt saltem lassitudine sedendi.* Libanius in epistola ad magnum Basilium, οὕτω καλὴν καὶ ταύτην ἣν λέγεις κακῶς εἰργάσω τὴν ἐπιστολὴν, ὥσθ' οἱ παρόντες ἡμῖν οὐκ εἶχον μὴ πηδᾶν ἀναγιγνωσκομένης. De silentio attento locus est egregius apud Platonem, tertio de Legibus, pessimè vulgò, vt alia sexcenta, acceptus, quem veluti in transcursu proferam atque interpretabor. Ibi igitur cùm hospitis Atheniensis sermonem exciperet Clinias Cretensis, velletque illi significare sibi & sodali suo Megillo vehementer probari quæ modò dixisset, sic ait: Λόγῳ μὲν τοίνυν σὲ, ὦ ξένε, ἐπαινεῖν ἐπαχθέστερον· ἔργῳ δὲ σφόδρα ἐπαινεσόμεθα. προθύμως γὰρ τοῖς λεγομένοις ἐπακολουθήσομεν. ἐν οἷς ὅγε ἐλεύθερος ἐπαινῶν καὶ μὴ, μάλιστά ἐστι καταφανής. hoc est, *Verbis quidem te, hospes, laudare, graue & odiosum sit: at nos re ipsa te vehementer laudabimus. Ad singula enim tua verba summo studio animos mentésque nostras admouebimus: quo maximè pacto homo liber laudétne an non declarare solet.* Plinius secundo epistolarum, *Imaginor qui concursus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam silentium maneat. quo ego cùm dico vel recito, non minùs quàm clamore delector. sit modò silentium acre & intentum & cupidum vlteriora audiendi.* De acclamationibus dicemus mox: quæ quàm crebræ fieri solerent, apparet ex his Senecæ, Controuersiarum libro IX. loquitur de declamatoribus: *Quid,* ait, *quòd laudationibus crebris sustinentur, & memoria illorum assuevit certis interuallis quiescere?*

Καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἄκοντος.] Ambigo scripseritne Theophrastus ἄκοντα, vel ἀκέοντα, vt sit is sensus

quem expressimus, assentatori haud malè conueniens: an potiùs ἀκούοντας, vt iubeat auditores aures suas commodare recitatori, & tacitè eum laudare: quod quomodo fieri soleret, modò diximus: Sententia quam probauimus, sic expressa est ab Eupolide in Adulatoribus, ἐπειδὰν κατίδω τιν᾽ ἄνδρα ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ᾽, εὐθὺς πρὸς τοῦτον εἰμί· κἂν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ᾽ ἐπαινῶ, καὶ καταπλήττομαι, δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.

Καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύσεται Ὀρθῶς.] Legimus, καὶ εἰ παύσεται. Interpretes non erant hæc assecuti. notum quid sit apud Græcos oratores ἐπισημασία. & ἐπισημαίνεσθαι ἀκούοντα. Illud autem Ὀρθῶς, est vsitata in recitationibus acclamatio, sicut & Εὖ, vel Ὑπέρευ. Horatius in arte:

-----*clamabit enim pulchre, bene, rectè.*

Cicero tertio de Oratore, *Quare Bene & Præclarè, quamuis nobis sæpe dicatur. Bellè & Festiuè nimium sæpe nolo. quanquam illa ipsa exclamatio, Non potest melius, sit velim crebra.* Persius.

Euge tuum & Bellè, nam bellè hoc excute totum.

item, -----*quin lepidum hoc optes audire Decenter.*

Talis quoque illa in Actis exclamatio adulatorum, *Vox Dei, non hominis.* Sic Plutarchus, De se ipso sine inuidia laudando, οἱ δὲ ῥητορικοὶ σοφισταὶ, τὸ Θείως καὶ τὸ Δαιμονίως, καὶ τὸ Μεγάλως, ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι προσδεχόμενοι, καὶ τὸ Μετρίως καὶ τὸ Ἀνθρωπίνως προσαπολλύουσι. Frequentissima verò etiam Romæ illa fuit acclamatio Σοφῶς. vnde est toties apud Martialem *grande sophos.* Sidonius Apollinaris libro primo, *Ad sophos meum non modò laticlaui, sed tribulium quoque fragor concitaretur.* Idem libro primo, *Ob hoc illi*

illi maximum ſophos non eloquentia prius quàm verecundia dedit. Ætas Quintiliani *humanitatem* vocauit hunc morem. ipſe appellat verè *indecoram & theatralem licentiam, ſtudiorum perniciosiſſimam hoſtem.* libro 11. cap. 11. Nos alibi demonſtramus irrepſiſſe poſtea hanc conſuetudinem è ſcholis in veteris Eccleſiæ ritus. Vide ſi lubet quæ notamus ad Vulcatij Gallicani Auidium Caſſium.

καὶ σκώψαντι πικρῶς, ἐπιγελάσαι.] Mutata diſtinctione ſenſum longè acutiorem reddidimus. Nam adulator vt indicet quàm probet ſcomma amici magni ſui, quaſi parum ſit, ſi ridenti arrideat, in effuſiorem riſum & cachinnationem ſoluitur: ac quo magis rem videri ſibi ridiculam oſtendat, veſtem in os inſerit, & ſe riſu penè enectum dicit. Tale illud omnino apud Plutarchum, in elegantiſſimo libro de diſcrimine adulatoris & amici, Σὺ μὲν, inquit adulator, ἐγέλας· ἐγὼ δ' ἐξέθνησκον γέλωτι. *Tu quidem ridebas, ego vero riſu penitus moriebar.* Iuuenalis de adulationibus Græculorum,

Natio comœda eſt: rides? maiore cachinno
Concutitur. Sed eſt & alia lectio, καὶ σκώψαντι ψυχρῶς, ἐπιγελάσαι. pulchre ſanè Plutarchus περὶ δυσωπίας, Periclis dictum illud, *Amicum eſſe ſe ad aras vſque*, reprehendens, quòd hoc eſſet nimis propè ad grauiſſima peccata accedere, ſubiicit, ὁ δὲ πόρρωθεν ἑαυτὸν ἐθίσας μήτε λέγοντος ἐπαινεῖν παρὰ γνώμην, μήτε ᾄδοντος κροτεῖν, μήτε σκώπτοντος ἀφυῶς ἐπιγελᾶν, οὐκ ἐάσει μέχρι τούτου προσελθεῖν: qui locus hanc lectionem vehementer aſtruit atque exponit. Reperiuntur libri qui ſic habent: καὶ σκώψας τί ψ. ἐπ. poteſt legi, κ' εἰ σκώψαι τι ἐπ.

ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ.] Vt in lingua ſancta הוּא *Hu*, Ipſe, pro Deo aut Christo abſolutè ponitur: ſic apud Græcos honoris appellatio eſt, Αὐτὸς, hoc eſt, *Ille*, & vt hodie loquuntur homines κολακευτικοί, *Dominus ſine adiectione*. Ita ſemper in hoc capite deſignatur ὁ κολακευόμενος, qui eſt adulatori inſtar domini. Sunt enim αὐτὸς & ἐκεῖνος, voces ſeruorum, quas honoris cauſſa propriorum nominum loco vſurpabant. Ariſtophanes Ranis,

> Ἴθι νῦν φράσον προὐπιστὰ ταῖς αὐλητρίσι
> Ταῖς ἔνδον οὔσαις, αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι.

ſcholiaſtes, αὐτὸς, ἀντὶ τοῦ, ὁ δεσπότης. Sic apud Latinos. Plautus Caſina, vbi Stalino & ancilla colloquuntur.

St. *Quid tu hîc agis?* An. *Ego eo quò me Ipſa miſit.* Ipſa, hoc eſt, Hera mea. Terentius Hecyra,

Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante ædes.

Donatus, Ipſum, *à quo miſſus ſum: vel dominum; vt Græci, αὐτόν.* Idem notat Aſconius in quendam Verrinarum locum. Erat & diſcipulorum vox, cùm de præceptore loquerentur: vnde illud Αὐτὸς ἔφα. Ariſtophanes Nebulis,

> Στ. Φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;
> Μα. Αὐτός. Στ. τίς αὐτός; Μ. Σωκράτης.

Scholiaſtes ibi, *Honoris cauſſa*, inquit, *non ſtatim Socratis nomen profert.* Idem notatur ab eodē etiam alibi, & à Donato non vno loco. Apud Platonem in Protagora pulſantibus fores Calliæ ſophiſtæ, reſpondet ianitor, Οὐ σχολὴ αὐτῷ, id eſt, *Doctori non vacat.* Cùm igitur vox κόλαξ ad aliud referatur, & ſit τῶν πρός τι, vt herus & ſeruus, patronus & libertus, itémque patronus & cliens, Theophraſtus

τὸν κολακευόμενον, id eſt, *eum qui ſe ſinit adulari*, vt Cicero loquitur, ἀυτὸν appellat, pulchrè loquendi genus ipſum quo adulatores vtuntur, retinens. Nos aliquando *ἀυτὸν regem* diximus: Nam apud Latinos ὁ κολακευόμενος, *Rex* dicitur: & vt docet Donatus, rex & paraſitus ita ſunt τῶν πρός τι, vt patronus & libertus. Dicitur & *dominus*: vnde illud Iuuenalis,

---dominus tamen & domini rex
Si vis tu fieri, nullus tibi paruulus aula
Luſerit Æneas.

Apud Græcos ὁ τρυφῶν & ὁ κόλαξ ſimilem ſæpe relationem habent: quare ὁ τρυφῶν eſt *rex*. vt cùm ſcribit ſcholiaſtes Ariſtoph. τοιαῦτα εἰώθασι τοῖς τρυφῶσιν οἱ κόλακες λέγειν. & apud Demoſthenem ſæpe τρυφᾶν & κολακεύεσθαι pro eodem ponuntur. Interdum verò ad deos refertur κόλακος appellatio: & ita dicti ſunt οἱ διονυσιακοὶ τεχνῖται, qui vitam tolerarent artes Baccho ſacras exercentes, vt comœdi & tragœdi, & natio illa tota, hiſtriones, præſtigiatores ſiue θαυματοποιοὶ, rhapſodi, citharœdi, ψιλοκιθαρισταὶ, tibicines, σαλπιγκταί: hi inquam omnes dicti ſunt διονυσοκόλακες: itémque μουσοκόλακες: nam ita eos vocat Dionyſius Halicarn. libro ſeptimo.

χρυσοῦ πατρὸς νεόττια.] Etiam hîc ſeruat idioma adulatorum. Νεόττια autem maluimus *pullitiem*, quàm *pullos* vertere, aut *pullaſtros*: quia ferè in his vocibus latet obſcœnitas, vt Feſtus docet. Iuuenalis de adulatoribus,

----ſimul ipſe loquaci
Gaudebit nido.

καὶ προδιδομένου πρός τινα τῶν φίλων.] Mos fuit Græ-

cis Romaniſque cùm ad aliquem amicorum viſe-rent, nuncio miſſo ſuum aduentum ſignificare. Plinius Secundus epiſtolarum libro primo, *Euigilaueram. Nuntius à Spurina: venio ad te: Imo ego ad te: Coimus in porticum Liuiæ, cùm alter ad alterum tenderemus.* Apud Romanos verò etiam maritus rure domum reuertens, mittebat qui aduentum ſignificaret vxori, vt auctor eſt Plutarchus in Quæſtionibus Romanis: ac videtur fuiſſe hoc munus eorum ſeruorum, quos *anteambulones* vocat Martialis. Epiphanius προκαταγγέλτορας. Mox legendum προήγγελκα, non προεπήγγελκα. Sic Terentius, *Abi Geta prænuntia.*

τὰ ἐκ τῆς γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατός.] De muliebri foro tantùm docent nos veteres: fuiſſe apud Athenienſes locum in foro, qui Γυναικεία ἀγορὰ vocaretur: vbi minuta vaſa, atque vt puto τὰ ἐπιτράπεζα & eſcaria in primis, væniren. Auctor Pollux libro decimo, capite ſecundo. Atque hoc etſi à doctis viris rectè eſt iſto loco adnotatum: iidem tamen ſenſum horum verborum neſcio an peruiderint: certè non aperuerunt. Voluit enim Theophraſtus hiſce verbis declarare, quod Plutarchus ait eſſe adulatoris proprium: circa minuta quædam & ſordida officia, quæ verus & ingenuus amicus, vt ſe indigna ſpernit, verſari, ea obire atque exſequi: at ſcin' quomodo? tanta diligentia, vt eum cùm cernas illis rebus occupatum, putes in eo quod agat, opes Græciæ poſitas. Ideo ait ἀπνευστί, hoc eſt, ſedulò, properè, & quaſi vno ſpiritu. ſic Latini vim vocis Græcæ exprimunt. Seneca *Cliuum iſtum vno ſi potes ſpiritu exupera,* hoc eſt, ἀπνευστί. Plin.

dixit

dixit pro eo, *raptim & sine interspiratione*. D. Hieronymus, in epistola quadam, *vna saliua*, non dissimili sensu. Plato in Theæteto, τορῶς καὶ ὀξέως διακονεῖν, in simili sententia dixit. Plutarchus verò significantissimis verbis τὸ ἀπνευστὶ expressit, συνεχὴς, καὶ ἐνδελεχὴς, καὶ ἄτρυτος. Eius locum apponam, qui isti erit pro amplo commentario. Ἐν ταῖς πράξεσι πολλὰ παραλείπουσιν οἱ φίλοι τῶν μικρῶν, οὐκ ἐξακειβοῦντες, οὐδὲ πολυπραγμονοῦντες, οὐδ' ἑαυτοὺς εἰς πᾶσαν ὑπουργίαν ἐμβάλλοντες· ἀλλ' ἐκεῖνος (ὁ κόλαξ) ἐνταῦθα συνεχὴς, καὶ ἐνδελεχὴς, καὶ ἄτρυτος, οὐ διδοὺς ἑτέρῳ τόπον οὐδὲ χώραν διακονίας, ἀλλὰ βουλόμενος κελεύεσθαι, κἂν μὴ κελευσθῇ δακνόμενος, μᾶλλον δὲ ὅλως ἐξαθυμῶν καὶ ποτνιώμενος. id est, *Si quid faciendum sit, multa minuta prætermittunt veri amici, haudquaquam sollicitè inquirentes, neque satagentes, neque se ad omnia ministeria vltrò ingerentes. Adulator contra assiduum in his, sedulum, atque indefessum se præbet: nullum alij locum, nullas partes obeundas relinquens: sed sibi optans imperari: ægrè etiam, ni id fiat, ferens: aut animum potiùs despondens, & miserè quiritans.* alludit huc Horatius illis verbis secundo Satyrarum,

---nec non vernaliter ipsis

Fungitur officiis. Nam vernaliter est, adulatorum in morem. Non est autem arbitrandum ad vasa tãtùm nescio quæ hæc pertinere, quia Pollux dicat in foro muliebri vasa væniſſe: quin potiùs generaliter ad ea omnia referendum, quæ ad epulas & instruẽdam mensam pertineant. Erat autem obsonari officium olim, aliâs seruorum ἀγορασῶν siue obsonatorum, quorum Athenæus libro IIII. & Seneca epistola quadragesima septima

memi

meminerunt: & in Θεοφιλεῖ suo Theodoretus, in vita Petri Galli eremitæ: aliâs adulatorum ac parasitorum: quod illa Ergasili parasiti Plautini querela de sui temporis iuuentute declarat.

Ipsi obsonant, quæ parasitorum antè erat prouincia.
Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt.
In tribu quàm aperto capite sontes condemnant reos.

& in Milite sic de se Periplectomenes,

Vel hilarissimum conuiuam hinc indidem expromam tibi,
Vel primarium parasitum, atque obsonatorem optimum.

Gnatho quoque Terentianus ideo se charum ait esse cupedinariis, coquis, laniis, cetariis, fartoribus, piscatoribus & aucupibus, quia & olim sibi re sua salua, & nunc perdita, suo regi obsonans sæpe illis profuisset. In Adelphis autem indicat Demea obsonare itidem ac scortum ducere, hominis nihili esse officium. Hinc nomen habuit apud Apollodorum, ex quo Phormionem suam Terētius transtulit, parasitus Phormio: id enim nomen poëta parasito tribuit, alludens ad φορμίδα: erat autem φορμὶς vas vimineū vt sportula, quod ad macellum & forum cùm irent, secum ferebant: quale est quod Galli vocant *cabas*. vnde est φορμὶς καρύων & φορμὶς σύκων apud Athenæum: quod Cicero pro Flacco *fiscinam ficorum* dixit: Plutarchus περὶ φιλοπλουτίας ἄρριχον ἰσχάδων. Xiphilinus ex Dione ἄειχον (nam & ita scribitur) ὀπώραν ἔχουσαν. Aristoteles III. Rhet. τάλαρον συκαμίνων. Fuisse autem in Γυναικείᾳ ἀγορᾷ non tantùm vasa, sed omne fermè genus obsoniorum vendi solita, vel ipso Polluce teste probare

possu

possumus: qui Κύκλον, & γυναικεῖαν ἀγορὰν, pro eodem accipere videtur. In Cyclo autem omnia id genus exceptis carnibus prostabāt. Scholiastes Aristoph.

Ὁ κύκλος Ἀθήνησιν ἐστι καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβών· ἔνθα δὴ πιπράσκεται χωρὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια· ἐξαιρέτως δὲ οἱ ἰχθύες. Quod ait à forma hoc forum Circuli nomen esse nactum, quippe quod esset rotundum, verum est: constat enim pleraque antiquorum fora fuisse eius formę. propterea Homerus, vt notant veteres, τὴν ἀγορὰν vocat ἱερὸν κύκλον. & Sophocles, κυκλόεντα τόπον (in editis libris hodie, θρόνον) ἀγορᾶς dixit. Euripides quoque ἀγορᾶς χεαίνων κύκλον. Sic apud Dionem Prusensem, τὸν τ' Εὐβοϊκῆς ἀγορᾶς κύκλον legas.

ὡς μαλακῶς ἐσθίεις!] Simillimæ voces adulatorum Dionysij tyranni, quas refert Diogenes Cynicus in epistola ad ipsum. Σὺ δὲ, inquit, ὥσπερ τὰ παιδία πάππους τινὰς καὶ τίτθας εἰσηγάγου· καὶ σοὶ φασὶ, Δέξαι τέκνον. Ἔγχεαι εἴ τι μὲ φιλεῖς μικρὸν ἔτι· μόνον τουτὶ πρόσφαγε. id est, *Tu verò instar puerorum asciuisti tibi nescio quos paterculos & nutrices, qui tibi aiunt, Accipe* hoc, *fili: Infunde si quid me amas adhuc parum: Tantùm hoc amplius ede.* Sed non displiceat pro ἐσθίεις scribi ἐστιᾷς, quod inuenimus è docti cuiusdē viri coniectura adnotatum. Erit sensus: Quàm molliter tuos cōuiuas excipis.

καὶ ἐρωτῆσαι.] Adulator apud Iuuenalem,

Da Trebio: pone ad Trebiū; vis, frater, ab illis Ilibus?

τὰ προσκεφάλαια.] Solebant enim potentiores & delicatiores spectare sedentes in puluinis: cuius moris etiam in Aeschinis & Demosthenis orationibus est mentio.

καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι.] Intelligendum hoc est de imagine quam artifex pulchriorem multo fecerit eo quem refert. Nam hoc quoque adulationis genus olim vsitatum fuit: Lucianus ὑπὲρ τῶν εἰκόνων. Sunt, ait, qui non ἐν ἐπαίνοις tantùm, sed etiam ἐν γραφαῖς τὰ ὅμοια κολακεύεσθαί τε καὶ ἐξαπατᾶσθαι θέλουσι. vide reliqua. Seneca loquens de philosopho rebus non artificiis, epistola CXII. *Non exurgit in plantas, nec in summis ambulat digitis, eorum more qui mendacio staluam* (scrib. *staturam*) *adiuuant, longioré sque quàm sunt, videri volunt.*

Atque hæc de adulatione Theophrastus in isto libello. Nam alibi plura de fœditate eius vitij fuisse ab illo scripta, edito etiam Περὶ κολακείας libro integro, testantur veteres: & laudat eum librũ Athenæus in sexto Deipnosophistarum. Docuerat & Eupolis eodem argumento fabulam Κόλακες inscriptam: cuius meminit Pollux lib. VII. cap. vltimo. & Menander item Κόλακα, teste Athenæo.

Ad caput περὶ ἀδολεσχίας.

Ἡ Δὲ ἀδολεσχία.] Et hoc caput & duo item alia, quorum alterum inscribitur περὶ λαλιᾶς, alterum περὶ λογοποιίας, ad vitæ quotidianæ consuetudinem, & eas quas superiore capite ὁμιλητικὰς ἕξεις vocari à Platone dicebamus, pertinẽt. Nam quum, vt docet Aristoteles, vita humana duabus quasi partibus contineatur, otio & negotio, siue, vt loquitur Theophrastus hoc capite σπουδῇ καὶ χολῇ, (Cicero & Salustius *ioca & seria* vocant) virtus & vitium

vitium etiam in remiſſione hac & ἀναπαύσει, vt philoſophus appellat, locum habent: ipſéque in quarto Nicomacheorum quaſdam virtutes & vitia recenſet huius generis. Non eſt autem inter ὁμιλητικὰς virtutes poſtrema cenſenda illa quæ opponitur tribus ſuprà nominatis vitiis: quæ virtus nomine proprio cùm apud Græcos tum apud Latinos caret. D. Ambroſius quidem in Officiis *loquendi modum* appellat, & primum officium eſſe ſtatuit: ſed nos latiùs patentem virtutem quandam quærimus: quæ nihil aliud eſt quàm mediocritas quædam circa congreſſiones & colloquia familiarium, & quando, & quandiu, & quomodo iis debeamus indulgere, præſcribens. Hanc ἀνώνυμον virtutem notam facient quæ ei ſicut reliquis virtutibus opponuntur vitia, & κατὰ τὸ ἐλλεῖπον, & κατὰ τὸ ὑπερβάλλον. Nam & auſteritate ea ſunt quidam, vt ab iſtiuſmodi congreſſionibus abhorreant, aut in iis tanquam lapides conticeſcant: quos meritò reprehendas: & contrà alij ſunt qui iſtis συνουσίαις nimis delectentur, aut modum in iis tenere neſciant. Hi poſteriores modum excedunt & ὑπερβολῇ peccant: illi priores ἐλλείψει: de quibus nihil amplius dicemus hoc loco, niſi quòd Theophraſtus αὐθαδείας nomine hoc quoque vitium eſt complexus, de quo infrà. At eorum qui ὑπερβολῇ hac in re peccant, multiplex eſt differentia: latiſſimè enim id vitium patet, quodque in multas quaſi ſpecies diuidi queat. Ex iis ſunt illæ tres quas totidem capitibus Theophraſtus deſcribit, ἀδολεσχία, λαλιὰ, λογοποιΐα, quæ vitia etſi affinia ſunt (quippe quaſi ſpecies eiuſdem generis) differunt tamen inter ſe non pa-

rum

rum. Nam vt de ἀδολεχίᾳ primùm dicamus: qui congreſſionibus id genus ita delectantur, vt voluptati illi, quam ex colloquiis mutuis & confabulationibus perſæpe nugatoriis, quibus ſolent homines otio dediti & garruli ſenes ſe oblectare, omnia poſtponant, faciléque vel dies integros de lana caprina aut gerris Siculis cum ſui ſimilibus colloquentes traducant: hos Græci ἀδολέσχους, quaſi auidos confabulandi παρὰ τὸ ἄδειν τῇ λέσχῃ, nuncuparunt. Eſt autem λέσχη (ea vox pura puta eſt Hebræa vel Syriaca) tum iſtiuſmodi confabulatio; tum locus ipſe vbi ea fine otioſi homines coire ſolét, apud Homerum & Heſiodum. fuítque ea dictio diu in vſu apud Iones & Dores in ea notione. Ἀδολεσχίαν hanc definit Theophraſtus διήγησιν λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων: ſic eius præceptor τοὺς ἀδολέσχους definiebat tertio Nicomacheorum, τοὺς φιλομύθους καὶ διηγηματικοὺς, καὶ περὶ τῶν τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας. Similiter etiam Dion Chryſoſtomus in oratione quadam τοῖς ἀδολέσχοις tribuit λόγους ἀναισθήτους καὶ μακροὺς, *ſermones ſine mente & longos*. & in optimo Gloſſario ἀδολέσχης vertitur *fabuloſus*, hoc eſt, φιλόμυθος, vt dixit Ariſtoteles. Themiſtius oratione ſeptima, φιλόμυθον γένος ἐστι τὸ ἡμέτερον, ἀδολεσχεῖν τε τὰ πολλὰ δοκοῦμεν. Veteres Latini fatuum dixerunt: eſt enim *fatuus* à fando, & inepta loquentem notat: quanquam poteſt origo vocis eſſe Hebraïca, à dictione פתי, quæ ſignificat hominem εὐήθη & fatuum. Sed & fabulatorem & nugatorem Latini τὸν ἀδόλεσχον vocant: & ἀδολεσχίαν nugas: vt apud Terentium *nugas dicere*, pro ἀδολεσχεῖν. Nos autem ἀδολέσχην *garrulum* diximus, & ἀδο-

λεσχεῖν, *garrire*. Cicero Attico libro XII. *Noui nihil. quid ergo opus erat epiſtola? quid cùm coram ſumus & garrimus quicquid in buccam? Eſt profectò quiddam* λέσχη, *quæ habet etiam, ſi nihil ſubeſt, collocutione ipſa ſuauitatem.* Λαλιὰ verò vitium eſt quo tenentur ij qui non ſolùm confabulationibus iſtis nimis ſunt dediti, quæ erat ἀδολέσχων nota; ſed hoc amplius, modum in congreſſibus tenere neſcientes, perpetuò loqui, tacere nunquam, neque vllas aliis loquendi vices tradere ſolent; ſed γλωσσαλγίᾳ & loquendi morbo, vt Cato vocabat, laborant: quam αἴσχιστον νόσον veriſſimè Euripides appellauit. Hæc eſt quam Theophraſtus λαλιὰν vocat. Reperiuntur verò quidam minimi pretij & malè feriati homines, quibus mos eſt falſa quædam confingere quæ aliis narrent: iis maximè qui nouorum nunciorum audiendorum deſiderio ducuntur: qua prurigine teneri multos videas. Græci fictores iſtos nouorum rumorũ λογοποιοὺς dixerunt, & vitium ipſum λογοποιΐαν: de quibus infrà pluribus. Ex his quę diximus, intelligi poteſt, & quid commune habeant hæc tria, ἀδολεσχία, λαλιὰ, & λογοποιΐα, & quid differant: ſubtiliter enim & ingenioſè ea Theophraſtus diſtinxit. At à ſcriptoribus vulgò iſtæ diſtinctiones non obſeruantur: quare etiam Plutarchus in eo commentario quem ſcripſit Περὶ ἀδολεσχίας, tres has ſpecies vnica illa voce amplectitur.

καὶ ἀπερβουλεύτων.] Sapientis eſt, è corde intimo, non è labris tantùm ſummis vocem mittere: quod faciunt homines vani, qui quodcunque in ſolum venit, vt dicitur, temerè effutiunt. Plutarchus pereleganter, ἔστιν ἀτεχνῶς, inquit, ἡ λαλικὴ στάθμη πρὸς

τοὺς λόγους ὁ ἀδόλεσχος. Imitatur autem Platonem illo loco (vt obiter hoc dicam) non insolens Plutarchus. Ait de se Socrates in Charmide, Ἀτεχνῶς λευκὴ στάθμη εἰμὶ πρὸς τοὺς καλούς. Prouerbium est λευκὴ στάθμη, de eo qui omnia indiscriminatim probat. Tale est apud A. Gellium ex Lucillio *alba linea.* Ferè enim minio aut rubrica vtuntur fabri, non creta. Platonis interpretes quid inter στάθμη & στάθμος interesset, nesciuerunt: & vt cum Platone dicam, πρὸς τὸν νεοῦ τοῦ φιλοσόφου ἁπανταχοῦ λευκὴ στάθμη ἐγένοντο. hoc vult Socrates; amorem τῶν καλῶν, pulcrorum, sibi à natura sic esse insitum vt omnes indiscriminatim deamet, qui inter καλοὺς suo merito censeantur. ita accipe apud Maximum Tyrium dissertatione VIII. vbi de Socratis mente in hoc & similibus dictis disputatur. In contrarium sensum vsurpatur vox στάθμη, vt cùm ait Iulius Pollux, ἀλλ' οὐδ' ἐν Θεοπόμπῳ στάθμη τῶν εἰς ἑρμηνείας κρίσιν. Sic legendum apud Pollucem lib. IIII. cap. XII.

Οἷος ὃν μὴ γινώσκει, τούτῳ.] Ita orditur descriptionem garruli & Horatius:

Accurrit quidam, notus mihi nomine tantùm,
Arreptáque manu, Quid agis dulcissime rerum?

Pag. 11. καὶ ὡς ἄξιοι οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ.] Intellige hîc πυρῶν ἀγορὰν, qualis Romæ erat Minutia frumentaria. Similis Daui ἀδολεσχία apud Terentium in contraria sententia.

----di vestram fidem,
Quid turbæ est apud forũ! quid illic hominũ litigant!
Tum annona cara est: quid dicam aliud nescio.

Καὶ τὴν θάλασσαν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι.] Notum est plu

eſt plura fuiſſe celebrata ab hominibus Atticis Dionyſia ſiue Liberalia : nam & in vrbe ſub initium veris quæ vocabant τὰ κατ᾽ ἄστυ Διονύσια : & in agris Autumni tempore, quæ & Λήναια, & τὰ κατ᾽ ἀγροὺς Διονύσια, itémque minora: erat enim ea tanquam præparatio ad altera Bacchanalia maiora & antiquiora. quare etiam Διονύσια ſolùm quoties dicunt Attici ſcriptores, verna Dionyſia intelligunt ; vt hîc Theophraſtus. Nam hyeme maria olim fuiſſe clauſa, & ineunte vere ſolita aperiri, parúmque in vſu hybernam nauigationem fuiſſe nemo ignorat, ex Horatio, Vegetio, aliis ſexcentis. Ariſtoteles libro primo De generatione animaliũ docens variè τὴν ἐκ accipi, cùm dicitur aliquid ἐκ τοῦδε γενέσθαι, vel εἶναι, ita ſcribit, ἓν γὰρ δὴ ὡς τόδε μετὰ τόδε, οἷον ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς. qui locus non erat prætermittendus.

καὶ εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ.] In Ariſtophanis Veſpis chorus ſenum inter eundum ad Pnycem curiam ita blaterat:

κοὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον.
ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι.

Et ſtatim pòſt,

δεῖται δ᾽ καὶ τῶν καρπίμων ἅττα μὴ ᾽στὶ πρώϊμα
ὕδωρ γενέσθαι.

Vbi etiam vides locutionem Atticæ plebis ποιεῖ Ζεὺς ὕδωρ, pro pluit : quod loquendi genus eleganter hîc Theophr. retinuit. Sanè ὕδωρ, pro cæleſti aqua apud ſcriptores Atticos tranſlatitium eſt.

καὶ ὁ ἀγρὸς εἰς νέωτα γεωργήσει.] Legimus καὶ ὅτι τὸν ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει. Græcum eſt prouerbium, Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.

ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν.] Dauus Terentianus, *Tum annona cara est.* eadem planè sententia. sic autem vt Theophrastus loquitur, scholiastes vetus Aristophanis in Ranas. Possumus etiam τὸ ζῆν exponere ἀφορμὴ εἰς τὸ ζῆν. sic vocabant Attici quod Gallicè dicimus, *moyen de viure.* vulgò προσολή. Scholiastes Euripidis Medea, Ἣν ἡμεῖς προσολὴν καλοῦμεν εἰς τὸ ζῆν Ἀττικοὶ ἀφορμὴν καλοῦσι. Artemidorus lib. v. cap. LXXXIX. ἀφορμὴν βιωτικήν: Tertullianus *exhibitionem*, nota voce Iuriscõsultorum. Cassiodorus, *Quale fuit rogo tunc miseris viuere?* hoc est, οἷον ἦν τοῖς ταλαιπώροις τότε τὸ ζῆν.

μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε.] Mysteria noctu peragebantur: videtur ergo æmulatio quædam fuisse, quis maximam facem accenderet: quod Græci dicunt δᾷδα ἱστάναι. quasi statuere & defigere ad lucendum. Plutarchus in Cicerone, τὰ δὲ φῶτα πολλὰ κατέλαμπε τοὺς στενωποὺς, λαμπάδια καὶ δᾷδας ἱστώντων ἐπὶ ταῖς θύραις. inde apud scriptores sæpe δᾳδουχεῖν τὰ μυστήρια. & placet veteribus Grammaticis δᾳδουχεῖν propriè dici de eo qui sit daduchus in Eleusiniis initiis. Fuerunt & alia λαμπαδουχίας certamina varia Athenis, vt præter Platonem, Pausaniam in Atticis, & Suidam, scholiastes Aristophanis docet; sed id aliud, vt puto, erat. Quanquam quod ait μεγίστην, putauimus aliquando eò pertinere, quòd videtur in eiusmodi agonibus fuisse aliquod virium corporis specimen. Ait enim Comicus in Ranis, λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἷός τε φέρειν ὑπ' ἀγυμνασίας ἔτι νῦν. & Andocides in oratione quadam inter κατορθώματα sua numerat quòd λαμπάδι ἐνίκησε. Sed de mysteriorum facibus passim veteres.

Pag. 12.

Pag. 12. πόσοι εἰσὶ κιόνες τοῦ ᾨδείου.] Eius generis illi ſermones apud Horatium.

----cùm quidlibet ille

Garriret, vicos, vrbem, laudaret. Fuit autem Odeum, vt autor eſt Plutarchus in Pericle, τῇ ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον. Vide Vitruuium. Eo in loco muſici aliíque id genus in arte ſua ſe exercebant, & ſpectatores oblectabant, maximè ante extructum theatrum, vt annotat Heſychius. Sed & frumenta ibi ſolita vendi, & tempore caritatis pauperioribus diuidi, ex Demoſthenis oratione contra Phormionem didicimus: quare etiam controuerſiæ omnes ad rem frumentariam, itémque ad debita quacunque ex cauſſa alimenta pertinentes, ibidem diſceptabantur. Pollux, libro VIII. τὰς δὲ ἐπὶ τοῦ σίτου δίκας ἐν τῷ ᾨδείῳ ἐδίκαζον. σῖτος δέ ἐστιν, αἱ ὀφειλόμεναι τροφαί. Inde eſt apud Demoſthenem, δίκην σίτου εἰς ᾨδεῖον δικάσασθαι. in ea contra Neæram.

Βοηδρομιῶνος μὲν τὰ μυστήρια.] Intellige de maioribus initiis: nam minora myſteria Pyanepſione celebrabantur. Teſtis Demoſthenes, Plutarchus & alij.

Πυανεψιῶνος ἡ ἀπατούρια.] Teſtantur ſcholia Ariſtophanis in Acharnenſes, aliíque grammatici.

Ποσειδεῶνος ἡ τὰ κατ᾽ ἀγροὺς Διονύσια.] Hæc ſunt quæ minora Dionyſia dicebantur: nam maiora menſe Antheſterione peragebantur. Sed de his conſulat lector vnicum illud ſeculi decus, Ioſephum Scaligerum, in operis magni libro primo.

Παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι.] Meritò ſemper nobis de mendo fuit hic locus ſuſpectus. Nam quis eorum

qui putiùs locuti sunt, ἀπαλλάττεσθαί τινα vnquam dixit, pro fugere procul ab aliquo? postulabat sanè loquendi consuetudo τινός: vel absolutè ἀπαλλάττεσθαι. vtrumque passim vsurpant scriptores antiqui; vt & ἀπαλλάττειν τινὰ, pro, *à se remouere aliquem.* illud autem primum, quod sciam, nunquam. quod autẽ nonnullis placet, illa τοὺς τοιούτους non cum verbo ἀπαλλάττεσθαι iungi debere, sed cũ participio παρασείσαντι; haut scio an aliquis sit probaturus è Græcè doctis, ego penitus improbo, & ab vsu Attico verbi παρασείσας alienum esse scio. Quare non dubito quin isti loco culpæ nota sit apponenda: culpæ autem, librarij: qui vocem omisit rex perpetuo vsu scriptorum Atticorum nobis restituendam. Ita ergo legimus, παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων φεύγειν, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι. Qui Aristotelicæ dictioni assuefactas aures habent, agnoscunt hîc illud philosopho familiare, φεύγειν παρασείσαντα: vel παρασείσαντα τὰς χεῖρας: quod Plautus dixerit, *fugere demissis manibus.* Origo inde, quòd contentiùs currimus manus demissas habentes, & circum latera iactantes. Nicomacheorum lib. IIII. οὐδαμῶς τ' ἂν ἁρμόζοι τῷ μεγαλοψύχῳ φεύγειν παρασείσαντι. De incessu animalium, capite III. καὶ οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι παρασείσαντες. deinde caussam explicat: necnon Problematum, sect. quinta. Διαράμενον autem dixit Theophrastus, pro eo quod Plautus non vno loco *grandi gradu.* Nam qui cursu contendunt, vt gradum grandiant, crura vehementer aperiunt, quod est διαίρεσθαι: sicut διαίρειν στόμα, os aperire est. At qui cruribus apertis stant, vt qui parant se ad hostilem impetum excipiendum,

piendum, διαβαίνειν propriè dicuntur: vnde est apud Platonem ex Tyrtæo εὖ διαβάντα μάχεσθαι. Artemidorus libro I. τοῖς ἀντλοῦσι συμβέβηκε, διαβαίνειν μὴ ὡς βαδίζουσιν, ἀεὶ δὲ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. Aliud est quod Latini dicunt, *suris apertis ambulare*: id enim vel naturæ vitium est, vel stultæ ambitionis. Varro Meleagro, *Non modò suris apertis, sed pæne natibus apertis ambulans.* Turpilius Demiurgo, *Apertæ suræ, brachia autem procera, horrorem mihi ex corde exsuscitabant.* Fallitur verò Nonius insigniter, qui apertum in hoc Turpilij loco pro nudato positum putat. Atque hinc possunt intelligi Cassiodori verba malè accepta doctissimis viris, lib. IIII. *Superbus quinetiam varicatis gressibus patet.* Affine est apud Ouidium *varicitus ambulare*, Ματαιοτεχνίας, vel potiùs Κακοτεχνίας lib. III.

Illa velut coniunx Vmbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes varica fértque gradus.

verùm quæsiuerim ego hîc libenter, quomodo varica mulier ingentes gradus facere possit. id enim planè contra rerum naturam est: nisi si ingentes gradus impropriè dixit, gradus paruos quidem & lentos, sed quos efficiant multùm hiantia crura: id enim est varicus. sed hæc in transcursu. Qui iubent nos hoc loco scribere διαρώμενον, pro διαράμενον, planissimè atque adeo grauissimè falluntur, sed quid sit διαίρεσθαι, quid διάρσις, ad Polybium fusè explicamus.

ὅπως ἀπύρετος βούλεται εἶναι.] Facetè & suauiter. Est autem hoc è vulgi sermone petitum: &, vt Donatus diceret, est ἰδιωτισμὸς hominis ab aliqua re abhorrentis. cùm enim molestam sibi fuisse alicuius

garrulitatem volebant indicare, dicebant se ab eo fuisse enectos. Sic Horatius metuit ne à garrulo illo suo enecetur. Eadem mens illius quæ in Milite Plautina hoc pronuntiat.

Iam iam sat amabo est: sinite abeam si possum viua à vobis.

item illius qui sic loquitur in quinto Theocriti idyllio.

----τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις ζῶντ' ἄφες. Simili ratione θάνατον siue mortem aut morbum sibi esse dicebant rem auditu molestam. Sophocles, ὤμοι, θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν. Tale illud Epicharmi, αἴκ' ἔσθοντ' ἴδοις νιν, ἀποθάνοις. Cicero sæpe, *mortis instar putare*. Cæterùm videtur Theophrastus, cùm hæc scriberet, præceptoris sui meminisse: Aristotelem enim aiunt, cùm forte in locutuleium quendam & μαφιλάνθρ incidisset, qui longos illi sermones quosdam & ineptos narrâs, subinde diceret, Nunquid hoc mirum ô Aristoteles? respondisse: Minimè id quidem, verùm illud mirum, si quis pedibus præditus te & garrulitatem tuam ferat. auctor Plutarchus.

Ad caput περὶ ἀγροικίας.

Ἡ δὲ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων.] Contraria est rusticitas hæc elegantiæ illi quæ spectatur in gestu, habitu, ac sermonibus familiaribus: quam Græci κοσμιότητα dixerunt, atque ita definierunt, Κοσμιότης, ἐπιστήμη περὶ τὸ πρέπον ἐν κινήσει καὶ σχήματι σώματος· ἢ εὐταξία περὶ σχῆμα καὶ κίνησιν σώματος. extant hæ definitiones in libello qui

est pe

est penes nos Περὶ παθῶν ψυχῆς Andronici philosophi: quem de affectionibus animi scripsisse accuratè ex Galeni aliquot locis satis constat. Plato in Ὅροις, sic, κοσμιότης, εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος. Opponitur igitur rusticitas ei quod vocāt philosophi τὸ πρέπον, & decorum in cultu & motu corporis: de quo egregiè multa M. Tullius Officiorum libro primo. Stoici rusticitatē definiebant ignorationem & morum & legum siue institutorum vrbanorum. Ἡ ἀγροικία, inquit Stobæus in Excerptis ethicis ex libris Stoicorum, ἐστὶν ἀπειρία τῶν κατὰ πόλιν ἐθῶν καὶ νόμων: aut potiùs νομίμων. Grammatici ita distinguunt: Ἄγροικος (aiunt illi) προπαροξυτόνως, is est qui rure habitat. qui etiam ἀγροῖος dicitur. ἄγροικος verò, ὁ σκαιὸς τοὺς τρόπους, homo scæuis moribus & molestis: ἄγριος verò crudelis. Aristoteles tamen quo nemo castiùs vnquam locutus, quem ἄγροικον vocauit in secundo Nicomacheorum, in quarto extremo ἄγριον appellat. & ita alios quoque optimos auctores loqui obseruatum nobis. Longè autem angustiùs accipit ille ibi ἀγροικίας nomen, quàm hîc accipiatur. eum vide.

Pag. 13. κυκεῶνα πιών.] Notum quid soleat iis accidere qui pharmacum sumpserint purgandi gratia per aluum. Κυκεῶνα vertimus pharmacum: nam potum medicamentorum significari putamus hoc loco. Veteres Latini κυκεῶνα *cocetum* dixêre. hinc est apud Tertullianum in libro Aduersus Valentinianos *Nestoris cocetum*. frustra enim sunt docti viri qui torquent se tantopere in expositione illius loci. Atqui Tertullianus sine dubio ad Νέστορος κυκεῶνα respicit: de quo Homerus, Iliadis lib. λ.

καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν.] Horatius,

----acutis
Naribus horum hominum rideri possit, eò quòd
Rusticius tonso toga defluit, & malè laxus
In pede calceus hæret. Similis rusticitas apud eundem epistola prima, *Si toga dissidet impar.* Ouidius, *Sit bene conueniens & sine labe toga.* Fuisse autem vehementer irrideri solitos qui nimis laxos calceos gestarent, ostendit locus hic Aristophanis in Equitibus,

Καὶ νὴ Δία, κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταυτόν· ὥστε καταγελῶν
Πάμπολυ τοῖς δημόταισι καὶ τοῖς φίλοις περιχέσθειν·
Πρὶν γὰρ ἐπὶ Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν.

vbi notabis obiter, eos quibus malè laxus calceus hæreret in pede, dici solitos νεῖν ἐν ταῖς ἐμβάσι, hoc est, *natare in soccis*: quod hodie quoque vulgo vsurpatur. Similiter Ouidius inter munditiarum præcepta,

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. & post hunc Sidonius Apollinaris, *Laxo pes natet altus in cothurno.* D. Hieronymus non dissimilem sententiam in dissimili more verbo *follere* vsus extulit. *si pes*, ait, *laxa pelle non folleat.* Porrò ab hac rusticitate natum apud Græcos prouerbium, de re quauis parum conueniente: id enim dicebant esse ὑπὲρ τὸν πόδα: vt contrà περὶ πόδα dicebant περιεργιμιακῶς de omnibus quæ apta erant & conueniebant. Plato comicus Ὡς ἔστι μοι τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδας. Lucianus de conscribenda historia ridens

scripto

ſcriptorem hiſtoriæ ineptum, ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχὴ καὶ περὶ πόδα ἡ ἱστορία, καὶ τῷ τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων πρέπουσα; ſic legendum eſt, non παρὰ πόδα: in quo mirè cæcutierũt doctiſſimi homines: ſed & τῇ ἱστορίᾳ malim. Heſychius, περὶ πόδα, οὕτω ἐκάλουν τὸ ἁρμόζον, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν συμμέτρων τοῖς ποσὶν ὑποδημάτων ἢ ἀκριβῶς. Idem Lucianus in apologia περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συν. Περὶ πόδα τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον φαίη τις ἄν. *meritò te aliquis & conuenienter factis tuis Salæthum appellarit.* Vtitur & alibi, itémque ſcriptores alij, vt dicemus, faciente Deo, breui, in editione Prouerbiorum. Dixerunt & περίπους pro eodem: nam idem Heſychius ita annotat, Περίπους ἀντὶ τοῦ ἁρμόζοντος. καὶ περὶ πόδα. Pollux quoque libro ſeptimo περίποδα δὲ ὑποδήματα, ἁρμόζοντα. Apud Plautum in Truculento, non ruſticitatis tantùm, ſed etiam impudentię nota eſt, calceis inconcinnis vti.

Nihili me! perdidi omne quod fuit: fio impudens:
Nec mihi adeſt ad illum penſi iã quos capiam calceos.

Ita legitur hic locus non in editione ſolùm doctiſſimi Camerarij: ſed etiam in Lambiniana, & nouiſſima quoque Plantiniana, quam eruditiſſimi viri curarunt. mendoſiſſimè ſanè. Lego ex veſtigiis ipſis deprauatæ lectionis:

Nec mihi adeſt tantillum penſi iam, quos capiam calceos.

Senſus eſt quem dixi: vide huc A. Gellium libro XIII. cap. XX.

μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν.] Vt Stratyllax in Truculento Plautina, & initio Moſtellariæ Grumio: cuius ſermonem ita excipit Tranio,

Quid

Quid tibi malùm hîc ante ædes clamatio eſt?
An rure cenſes te eſſe? abſcede ab ædibus,
----Abi rus, abi directe. Baſilius in epiſtola ad Gregorium, vbi pleraque ethica præcepta continentur, τόνος, ait, φωνῆς ὁ μέσος περιμελητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως· appellat vir ſanctiſſimus φορτικότητα, quam Theophraſtus ἀγροικίαν.

καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνειν.] Meminit huius ruſticitatis & ineptitudinis vetus poëta Philetærus, ſiue Amphis, Ἀμφίβαλλε στέρνοις φᾶρος· οὐ καθήσεις (vel καθίσεις) τάλαν; μηδ᾽ ἀγροίκως ἄνω γόνατος ἀμφέσῃ; Ita legi debet hic locus apud Athenæum libro primo ex veteribus mẽbranis. Sappho quoque ſimilem ruſticitatem in æmula & ἀντιτέχνῳ Andromeda ridebat, vt eſt apud eũdem Athenæũ.

Τίς δ᾽ ἀγροιῶτις θέλγει νόον,
οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα
ἕλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν;

Negat Sappho poſſe cuiquam placere Andromedam, quæ ruſticarum more veſtem ſubductam geſtet. Quod prorſus hodie mulieribus ruſticanis noſtratibus conuenit: quas ſæpe videas, non rure tantùm, ſubducta indecorè veſte opus facere: ſed etiam vrbem ita ingredi cùm ad nundinas ventitant. Notum eſt autem, veteres ſubligaculis, quibus nos hodie vtimur, extra ſtadium aut ſcenam non eſſe vſos: itaque & Romani veteres togam ad calceos demittebant, & Græci pallium. quòd ſi quid illis diligentiùs eſſet faciendum, vel pallium ponebant: vel in humeros retrorſum reiiciebant: quod Athenis factitabant quando in publicum aut in con

in concionem prodibant, homines qui naui & actuosi haberi volebant, vt indicat Aristophanes Concionantibus. Atque hic est ferè seruorum habitus in comœdiis Græcis & Latinis palliatis. Apud Plautum Capteiueis ait ille,

Nunc certa res est: eodem pacto vt comici serui solent,
Conijciam in collum pallium, primo ex me hanc rem vt audiat.

In Epidico,

Age nunc iam orna te Epidice, & palliolum in collum conijce,
Atque dissimulato, quasi per vrbem totam hominem quæsiueris.

Dicitur & colligere pallium pro eodem. Capteiueis.

Collecto quidem est pallio: quidnam acturus est?

Sic Geta apud Terentium, vt Antiphonem properet inuenire, humerum sibi onerat pallio. Propterea Oppianus poëta summus, in venatoris institutione eum admonet, vt venatum iturus, pallium sibi in humeros coniiciat. Nam hic est sensus horum versuum quos interpretes non intellexerunt, ne Græci quidem,

Αὐχένος αὖθ' ἑκάτερθε παρήορεν ἐκ παλαμάων
Εἷμα περιστέλλοιτ' ὀπίσω, θεναρῶν ὑπὲρ ὤμων
Ῥηΐον ἐς κάματον.

subiicit deinde Μηδ' ἄρα λῶπος ἔχειν μάλα λώϊον. quæ verba de pallio non minùs quàm superiora sunt accipienda. Nam est perinde ac si diceret: Imò si me audias, non solùm in humeros pallium conjicies: sed etiam omnino depones. id enim esse non tantùm

tantùm expeditius, ſed etiam tutius propter eam quam affert cauſſam. λῶπος ſiue λώπιον idem eſt atque ἱμάτιον, & vt ait Ariſtoteles primo Topico ταυτὸν ἀριθμῷ. Pallium ſanè Græci hanc ipſam ob cauſſam belli tempore deponebant, vt Romani togam. erántque milites Græcorum magnam partem μονοχίτωνες, vt eos vocat Plutarchus. apud quem ὁ ἐν ἱματίῳ βίος, eſt vita togata, & opponitur bellicæ: vt in vita Pompeii. & in eiuſdem Camillo bis, εἶναι ἐν ἱματίῳ, eſt altæ pacis indicium. Xylander *tunicatos* vertit. non rectè. nam vel de toga Romanorum, vel de pallio Græcorum omnino intelligendum. Porrò autem, maxima ſemper fuit hominibus liberis nec ineptis cura, quoties in publicum eſſet prodeundum, vt decenti eſſent habitu, quod Græci vocant εὐσχημονεῖν, Plautus *euſchemè adſtare* in Trinummo & Milite. In hoc qui eſſent negligentiores, ruſtici habebantur, vt hîc. Horatius:

Ruſticius tonſo toga defluit. Defluere enim dicitur veſtis cùm negligentiùs habetur: dicitur & trahi, in Ciſtellaria Plauti, & apud Græcos σύρεσθαι, quanquam alio ſenſu interdum & σύρεσθαι & ἕλκεσθαι & trahi, de ſyrmate ſiue delicata veſte dicuntur, quæ propendente lacinia trahitur potiùs quàm geſtatur. Athenæus de hoc κοσμιότητος ſtudio antiquorum loquens libro primo, Ἔμελεν, inquit, αὐτοῖς καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα· καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τοῦτο ἔσκωπτον. Plato verò in Theæteto inter hominis non ingenui nec liberaliter educati notas hanc quoque ponit, quòd neſciat ἀναβάλλεσθαι ἐπιδέξια ἐλευθέρως. hoc eſt, *veſtem dextrè decentérque*

hominum liberorum more componere. hic enim est sensus illorum verborum Platonis, vt pluribus aliâs Deo dante sumus demonstraturi.

ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι.] Video doctos viros ita hunc locum vertisse, quasi legeretur, ὥστε καὶ γυμνὰ τὰ αἰδοῖα αὐτοῦ φαίνεσθαι. & profectò id videtur voluisse dicere Theophrastus: neque aliter accidere potest, si quis vel si qua adducta supra genu veste sedeat. Sic apud comicum dicitur mulier ἀναβαλλομένη δεικνύειν τὸ φορμίσιον: hoc est, τὸ αἰδοῖον: in Concionantibus. Veruntamen cùm hanc lectionem habeant omnes codd. generaliùs accipiatur hic locus de aliis quoque corporis partibus. Ita enim est: præter caput & manus nulla alia pars est quam denudatam habere honestum sit. Quare etiam auctor libri Περὶ εὐσχημοσύνης siue is est Hippocrates siue alius, hoc præceptum non prætermisit. Τηρεῖν δὲ χρὴ, inquit, ἑωυτὸν ὅτι μάλιστα, μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων. Apud Hebræos vox ערוה quæ nuditatem significat, interdum etiam partes eas corporis notat quæ neque ostendi neque nominari honestè possunt. An igitur & plebs Attica sic locuta? Nam hæc quidem lectio in qua omnes mss. consentiunt, manifestò ἑβραΐζει.

Pag. 14. καὶ προαιρῶν δέ τι.] Signatum verbum προαιρεῖν, *è penu aliquid promere.* Aristophanes Thesmophoriazusis,

----ἐξῆν ἡμῖν πρὸ τοῦ
αὐταῖς ταμιεύεσθαι προαιρούσαις λαβεῖν
ἄλφιτον, ἔλαιον, οἶνον.

est & apud Thucydidem in octaua προαιρεῖν, pro ex horreo promere, siue *deripere horreo*, vt loquitur Horatius. Clemens Alex.

προσκομίζειν ἐκ τοῦ ταμιείου. Malè autem vulgò ſcribitur προαιρῶν: quod manifeſtiſſimè declarant illa Diogenis Laertij in Lacide, ἐπειδὰν γάρ τι προέλοι τοῦ ταμιείου. Sæpe in hac voce peccatum offendes à librariis: ſæpe ab interpretibus. Sic in Lyſide Platonis, ἀστραγάλους ἐκ τῶν φορμίσκων προαιρεῖσθαι, eſt, *promere & educere*, non autem *ſeligere*: vt vertunt.

δεινῶς φαγεῖν.] Fortaſſe δεινὸς ſcribendum.

καὶ ζωρότερον πιεῖν.] Vertimus *meracius*. non tamen improbauerimus, ſi quis malit, *vberius* aut *largius*. neque enim nos fugit quàm variæ fuerint veterum criticorum ſententiæ ſuper illo Homeri Ζωρότερον δὲ κέραιρε. vide grammaticos & Plutarchi Sympoſiaca. Ariſtotelem verò ſi ſequimur auctorem in libro de poëtica, vertemus *auidius*. Sanè apud Græcos olim & meraca potio, & grandia pocula hominis parum politi notæ erant: Barbarorum enim id eſſe exiſtimabant, non Græcorum: quod declarant antiqua prouerbia, ἐπισκυθίζειν, & Θρηϊκίην ἄμυστιν apud Callimachum: apud Horatium, *Threicia amyſtis*. Sic & guloſitatem vitium barbarorum appellarunt, & prouerbio notarunt quod apud Seruium obſeruauimus, Ἡ πλησμονὴ τῶν βαρβάρων.

κᾆτ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς.] Lego ἀλέσαι. vel deſit aliquid neceſſe eſt. ac fortaſſe ita legi debet: κᾆτ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς, μετρεῖν τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὑτῷ, τὰ ἐπ. hoc eſt, *& poſtquam cum ancilla ſua moluit, tum aliis omnibus domeſticis, tum ſibi etiam ipſi victum metitur.* Mera enim ruſticitas eſt, patremfamilias tanquam vnum è ſeruis è demenſo viuere.

τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον.] Hæc vera lectio: ſic dixit Plutarchus in Eumene, τοῖς ἵπποις χιλὸν ἐμ-βαλεῖν.

ϐαλεῖν. Iuuenalis, *infundere iumentis ordea.* alij ſcriptores, χόρτον παραϐάλλειν.

ἐπακοῦσαι αὐτός.] Scribendum ὑπακοῦσαι. ſic ſemper Græci κόπτειν τὴν θύραν & ὑπακούειν iungunt, non ἐπακούειν. Plautus in Trinummo *auſcultare*, in Moſtellaria, *reſponſare.* Refero autem hoc quoque ad ἀειςῶν: in eo enim ruſticitas præcipua.

οὗτος φυλάττει τὸ χῶ.] Præclarè iſta homini ruſtico conueniunt: nam vulgò ruſtici canes appellabant cuſtodes mutos. Columella libro ſeptimo capite XII. *Nunc vt exordio priore ſum pollicitus, de mutis cuſtodibus loquar: quanquam canis falſo dicitur mutus cuſtos.* Neque ſolùm ruſtici eorum cuſtodia vtebantur: ſed & vrbani homines: quos conſtet ad fores, vel ſeruum oſtiarium, vel canem cathenarium habere ſolitos, aut vtrumque. De Romanis pridem notarunt docti viri: de Græcis verò non ſinunt nos dubitare infiniti auctorum loci. Euſtathius Iliadis libro χ. Ἔθος ἦν τὰς αὐλείοις θύρας τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν. Ariſtophanes Lyſiſtrata,

----πρός γε μὴν τοι τὴν θύραν
Προσαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμήν.

Antipater poëta epigrammatarius.

Ἦν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς φίλος, οὔτε θυρωρὸς
Ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.

Idem Antiphanes poëta alius eiuſdem generis, canes vocat φρουρεσδόμους. Sed teſtium ἅλις, tanquam δρυός. Plutarchus in libro De curioſitate, notat, ſeruos ianitores ſucceſſiſſe in locum ῥόπτρων ſiue martulorum quibus antiquiores vtebantur.

λίαν μὲν λυπρὸν ἐστι.] Scribe, λέγων λυπρὸν ἐστι: vel λίαν λέγων λυπρὸν εἶ. pro λέγων ἐστι λίαν λυ. Eſt au-

tem ambigua vox λυπρὸς, quæ & asperum num-
mum, vtpote recèns percussum, significare potest;
& veterem atque vsu tritum, aut aliâs minùs pro-
batum: quale est quod vocatur à Iuuenale, *tenue ar-
gentum, venæque secūdæ*. Deinde lego, καὶ πρὸς ἕτερον
ἅμα ἀλλάττεσθαι. aut, αἰτεῖν ἀλλάττεσθαι. Nemo autem
nescit quàm sit plerunque difficile rusticis homi-
nibus hac in parte satisfacere; qui quòd sint τῆς
ἀργυρογνωμονικῆς imperiti, fraudem vndique suspe-
ctant, omnia tuta timentes. Ex hac re natum apud
Græcos prouerbium, de iis qui iudicio & pensicu-
latè singula examinant, ἐξετάζειν ἀργυραμοιβικῶς. ex-
tat apud Lucianum, & Maximum Tyrium.

καὶ ὁ ἄργυρον ἔχρῃσεν.] Scribendum est, ἔχρησεν
absque litera subscripta: non enim est è χρηίζω, sed
à χρᾶν: in quo grauiter sunt lapsi interpretes, cùm
hîc, tum capite De impudentia, vbi vox χρήσαντας
cum subscripto vitiosè posita in fœdum errorem
eos impulit. Neque verò diuinare possum quid
iisdem in mentem fuerit, cùm θύλακον verterent
reticulum panis. Atqui ne tum quidem cùm θύλακον
ἀλφίτων dicunt Græci, id significare volunt: nedum
cùm θύλακον tantùm. vide ad caput De supersti-
tione.

Pag. 15. ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνη-
σκόμενος.] Deesse aliquid, nemo tam cæcus quin
videre queat: lego ἀπαιτεῖν ταῦτα τ. ν. in quo sanè
magna est rusticitas & diffidentia, quæ sæpe con-
iuncta videas.

πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι.] Διφθέραι sunt non pelles,
sed vestes è pellibus, hoc est, rhenones: sicut & pel-
les Latinis pro vestibus è pelle; vnde apud rei ru-
sticæ

ſticę ſcriptores inter familiæ veſtes ſunt pelles manicatæ, & paſſim. Pellibus autem Attici ruſtici, (imò vt arbitror omnes operæ viliores) veſtiri eſſe ſolebant, vt notum eſt ex Ariſtophanis multis locis & eius Scholiaſte; qui in Nebulas διφθέραν ait fuiſſe ποιμενικὸν περιβόλαιον, ſicut Ouidius in Metamorphoſi, *paſtoritiam* pellem vocat. Theophylactus in epiſtolis, ὁ δὲ τὴν διφθέραν ἀφεὶς καὶ τὴν σίκελλαν πρὸς ἄστυ χωρεῖ. hinc dicti ſunt in fabulis Græcorum διφθερίαι, vt præter Græcos auctor eſt Varro. & hic eſt quem *paſtoralem habitum* vocat Liuius, Florus in eadem hiſtoria *paſtorium*. Poſterior ætas, vt comici Scholiaſtes annotat, ἰσάλην appellabat: quæ eſt vox deprauata ab antiqua ἰξαλῆ, quæ etiam apud Hippocratem legitur, & propriè capræ pellem ſignificat. nam ἴξαι olim pro ἀίξαι quod eſt impetuosè ferri, & ſalire. vnde ἴξαλος proprium eius animalis epithetum. Caprarũ autem pellibus in hanc rem vſos veteres etiam Varro ait libro ſecundo extremo rei ruſticæ. Simylus in Moreto, *cinctus villoſæ tergore capræ.*

καὶ τὸ τάριχος.] Cur ruſticus de ſalſamentorum pretio potiſſimùm quærit? Quia ſalſamenta erant tenuiorum & ruſticorum cibus. Teſtes infiniti: vel lege Lucianum De conſcribenda hiſtoria. Ideo etiam de re vili & abiecta dicebant τριχοῦς ἀξιώτερον, Vilius eſt ſalſamento. eo prouerbio vſus Ariſtophanes in Veſpis.

καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει.] Sanè ruſticiſſimè hoc quidem: ſaltem enim dicere debuerat iſte, ἡ νουμηνία ἄγει τὸν ἀγῶνα: quo ferè modo loquitur homo & ipſe ἀγροῦ πλέως Strepſiades apud

Aristophanem.

ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι
Ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην τὰς εἰκάδας.

Non multùm abest ab hac rusticitate mulier illa in comici Concionantibus, quæ sic loquitur:

Λέγοιτ' ὅπως κ' τ' ἀπὶ τούτοις δράσομεν,
Ἕως ἔτ' ἔστιν ἄστρα κατὰ τὸν οὐρανόν. *Dicite nobis*, inquit, *quid facto sit opus, dum adhuc in cœlo sunt stellæ.* nam qui ita loquitur, nónne existimare is videtur noctu tantùm esse in cælo astra, non autem interdiu, quia tum nulla cernantur? qua opinione ne ipsum quidem rus magis rusticum: et si scio similia fuisse Epicuri & aliorum quorundam morosophorum deliramenta. Romani quoque rustici soliti dicere, *Cœlum esse sine Luna*, in eius syderis coitu. vt refert Plinius libro XIV. cap. XXI.

καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι.] Traiectio notanda. rectum erat, καὶ εἰπεῖν ὅτι βούλεται εὐθὺς καταβάς. familiaris hæc figura loquendi Aristoteli & nostro huic auctori, vt infrà quodam loco annotauimus. Intelligendũ est autem rusticùm ista dicere, qui habeat barbam & comam incultam atque horridam. Ferè enim fit vt rustici homines huic elegantiæ alia negotia magis πρὸς τὰ ἄλφιτα facientia anteuertant, & diu intonsi maneãt. Quare Suidas rusticitatis notam facit, μέγαν τὸν πώγωνα τρέφειν, barbam promittere. Καταβὰς autem vel εἰς ἄστυ, vt mox, καταβαίνων εἰν ἄστυ. vel καταβὰς ἀπὸ τοῦ ὀχήματος ἢ ὑποζυγίου. non enim ferendi sunt, qui vertunt *statim ac domo exierit.*

ἐν βαλανείῳ ᾄσαι.] Seneca ad Lucillium epistola LVII. de balnei tumultu & clamoribus loquens,

Adijce nunc Scordalum, & furem deprehensum, & eum cui vox sua in balneo placet. hoc eſt, τὸν ἐν βαλανείῳ ᾄδοντα. Lege Artemidorum Ὀνειροκριτικῶν libro primo, capite LXXVIII. Similis ruſticitas & ἀπειροκαλία eorum qui lauantes recitabant, quos notat Horatius libro primo Sermonum. Græci eos qui indecenter ſe gererent in balneis, Triballos vocabant ab immani & inhumana gente Illyrica. Etymologici auctor, Τρίβαλλοι, οἱ ἐν τοῖς βαλανείοις ἀναγώγως διατριβόμενοι. alij paulo aliter apud Demoſthenem & Iſocratem interpretantur. vide Heſychium.

καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα ἢ ἥλοις ἐγκροῦσαι.] Etiam hodie ruſtici noſtrates clauis vel ferreis vel ligneis calceos ſuos ſuffigunt : quod Græci ἐγκρούειν ἥλοις εἰς τὰ ὑποδήματα dicunt, vel ἐγκόπτειν : vnde iocus faceti ſſimi poëtæ comici Machonis aut Diphili potiùs, apud Athenæum, in Chærephontem : quem cùm non tæderet cœnæ gratia quamuis longum iter ſuſcipere, monet eum poëta, non vt calceos clauis muniat, quod faciendum iis qui peregre cogitant, ſed vt maxillas : vrbanè iocans in eius ingluuiem & voracitatem. Sic ille,

Εἰς τὰς ἑαυτοῦ Χαιρεφῶν σιαγόνας
Ἔγκοψον ἥλους, ἑκατέρᾳ γε τέτταρας·
Ἵνα μὴ παρασείων, καὶ μακρὰν ἑκάστοτε
Ὁδὸν βαδίζων, τὰς γνάθους διαστρέφῃς.

Hinc dicti ἡλοκόποι, qui clauis calceamenta configebant, quæ clauata Romanis dicebantur, vt ait Feſtus. Gloſſarium vetus, *Clauarius* ἡλοκόπος. Nam etiã Romanis fuiſſe in vſu clauata ſatis cõſtat : nemo enim neſcit, caligas militares clauis fuiſſe ſuf-

fixas: ex quo & institutum est & appellatum clauarium: quod fuit donatiuũ in clauos militarium caligatum. Pertinet ad hunc morem Plauti locus in Trinummo,

----quid ego nunc agam?
Nisi vti sarcinam constringam, & clypeum ad dorsum accommodem.
Fulmentas iubeam suppingi soccis.

Fulmentæ sunt καττύματα: quod etiã *solum* Latinis dicitur. Glossarium Κάσσυμα, *solum*. Idem optimus auctor alibi, *Solum caligarium*, κάσσυμα. Item, *Suppacta*, κεκασσυμένα. & ita legendum etiam alio loco eiusdem libri, vbi *Supalta* est editum. nam suppingere est ἥλους ἐγκρούειν in calceos, vt in superiore loco Plauti. Etsi enim ibi claui non nominantur, manifestum tamen id est ex alio loco in Bacchidibus, vbi notat poëta luxum veterũ diuitum, qui clauis argenteis vel aureis in hanc rem vsi. Planè enim errant eruditi viri qui locum illum emendandum censent. Sic Plautus,

Sed diuésne est istic Theotimus? CH. etiam rogas?
Qui soccis habeat aurum suppactum solum.

Nam etsi magnum hoc, fidem tamen veri non egreditur. cui enim mirum hoc adeo videatur, qui meminerit eorum quæ de Antiochi exercitu narrant historici? qui quidem *magna ex parte* (verba sunt Valerij Maximi) *aureos clauos crepidis subiectos habuit*. Simile est quod de Agnone Teio Alexandri Magni purpurato Plutarchus narrat: *qui aureis clauis suffigere crepidas solebat*, ait Plinius libro XXXIII. capite III. Clemens Alexandrinus Pædagogi libro II. Αἰσχρὰ γοῦν ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα

ἐκεῖνα, ἐφ᾽ οἷς ἐστι τὰ χρῦσα ἀναθέματα· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἥλοις ἑλικοειδῶς τοῖς καττύμασιν ἐγκατακρούειν ἀξιοῦσι. Reperio & clauis æneis in hanc rem vſos veteres Romanos. Lucilius,

Fulmentas clauis æneis ſubcudere.

Sic legẽdum cenſeo hunc Lucillij locum, qui apud Nonium corruptus extat. Legitur enim vulgò *ſubducere*. ineptè. cùm ſubcudere planè ſit ἐκκρούειν, vel ἐκκόπτειν. Extat apud eundem Nonium etiam alter Lucillij locus eôdem pertinens, *Sufficit huic dum fulmentas quattuor addit*. verſus eſt hexameter, ſed corruptus. Lego autem,

Sufficit huic: clauis fulmentas quattuor addit.

hoc eſt, quatuor clauis fulmentas addit. Imperitus librarius ex *cl.* fecerat *d.* quod mendi genus ſæpe occurrit. hæc prima mendi indoles. Sed redeamus ad Theophraſtum, & doctas migremus Athenas. Non eſt enim prætermittendus nobis inſignis locus veteris ſcriptoris Teletis, vbi & moris huius & auctoris noſtri mentio habetur. Refert Teles Metroclis cuiuſdam ſermonem qui diceret Theophraſti & Xenocratis hanc olim rationem fuiſſe, vt ſi quis ipſis operam nauare vellet, illi neceſſariò habendi eſſent calcei: atque ij ſine fulmentis, ſine clauis: habendam etiam pretioſam ac delicatam veſtem: pueros multos: domum amplam ad conuiuia agitanda. Fuiſſe præterea dandam operam vt panis adeſſet non plebeius ſed ſiligineus: opſonium non qualecunque: vinum dulce: vt denique quando conuiuia eſſent celebranda, lautè id fieret. His ſiquidem illos ingenui ac liberalis hominis vitam eſſe metitos. Teletis verba ſunt, Παρὰ τούτοις γὰρ ἐξ

ἀνάγκης ἔδει ὑπόδημα ἔχειν. καὶ τοῦτο ἀκάττυτον, ἥλοις οὐκ ἔχον. εἶτα χλανίδα, παίδων ἀκολουθίαν, οἰκίαν μεγάλην εἰς τὸ συνδειπνον· ὅπως ἄρτοι καθαροὶ, ὄψον μὴ τὸ τυχὸν· οἶνον ἡδὺν, ὑποδοχὰς τὰς ὑποβαλλούσας (lego ἐπιβαλλούσας) ἵνα πολυτελῶσι. ἐλεύθερος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ τοιαύτη ἀναστροφὴ ἐκρίνετο.

καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ταριχῶν.] Rusticitas quæ hîc à Theophrasto notatur, in eo est, quòd malit iste, cùm casu, vel ex negotio ante Archiæ salsamentarij officinam transiret, salsamenta emere, ac secum auferre, quod parum erat honestum: quàm aliquem postea famulum domo mittere, qui emat & afferat. Eadem mens illius fuisse videtur, qui pronuntiabat hæc apud Platonem comicum,

---καὶ ὠνῶν ἅμα

Τίλτου ταρίχους, ἐπριάμην τοῖς οἰκέταις. vbi etiam legi malim ταριχῶν vt hîc: quanquam ex Theophrasti verbis potest sine damno sententiæ abesse vox ταριχῶν: ac pene illam inducendam censuerim. Nam ita loqui solent scriptores Attici: τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, inquam, non, ταριχῶν τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. Aristophanes in Pace.

---χ' ἅμα τ' αὐτῆς ὁδοῦ χαιρειν ἄδειν τοῖς βωστάτω.

Nicostratus Pandroso,

Ἔπειτα τ' αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς Ἀκρόπολιν

Ἐλθοῦσα, πέμψαι στρώματ' αὐτὴν νυνὶ, ἔφη,

Κέλευε. Antiphon orator elegantissimus, Κάλλιστον ἐδόκει τῷ Φιλόνεω τ' αὐτῆς ὁδοῦ ἅμα μὲν προπέμψαι τ' πατέρα τ' ἐμὸν φίλον ὄντα ἑαυτῷ. ἅμα δὲ θύσαντα τὰ ἱερὰ ἑστιᾶσαι ἐκεῖνον. Latini etiam breuiùs, *eâdem* dicunt pro τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. Charisius. *Veteres eâdem soliti sunt dicere, non addentes, viâ, vt sit* κατ' ἔλλειψιν: *vt Plautus inquit,*

inquit, *Eâdem bibes, eâdem tibi dedero ſuauium.* ſic apud Ciceronem & alios auctores ſæpe. quare hūc locum ſic potes vertere, *& ſimul, eadem ſumere ab Archia ſalſ.* Idem ſignificat & vox *obiter* apud Latinos: & inde etiam illud Græcorum natum, ὁδοῦ πάρεργον.

κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους.] Plutarchus, θαυμάσαντος γάρ τινος εἰ δι' ἀγορᾶς αὐτὸς φέρει τάριχος. Sic Diogenes Cynicus vt nouo diſcipulo tenerioris adhuc frontis verecundiam excuteret, geſtare eum iubet ſaperdam per vrbem. referunt Diogenes Laertius, Plutarchus, alij. Archias cuius hîc fit mentio, nobilis aliquis fuit Athenis ætate Theophraſti ſalſamentarius, quales fuêre in eadem vrbe Chærephilus, Euthymus, Phidippus, aliíque veterum poëtarum comœdiis nobilitati. Erāt autem Athenis cetariorum officinæ, ſiue τὸ ταριχοπωλεῖον, procul à foro rerum reliquarum, ad portam vrbis neſcio quam: vbi & alia parui pretij nonnulla vænibant. Ariſtophanes Equitibus,

---- ἐν ἀγορᾷ

Ἠλλαντοπώλεις, ἐτεὸν, ἢ 'πὶ ταῖς πύλαις;

ΑΛ. Ἐπὶ ταῖς πύλαισιν, οὗ τὸ τάριχος ὤνιον.

Scholiaſtes ὤνιον. εὔωνον· ὅπου τὸ ταριχοπωλεῖον, ἀντὶ τοῦ, ὅπου τὰ εὐτελῆ πωλεῖται. Reperitur etiam ita ſcriptus hic locus: κομίσασθαι ἀπὸ τοῦ βραχίονος τοὺς ταρίχους. quæ lectio fortaſſe vera eſt: nam etiam ſacculos atque alia id genus geſtabant è brachiis pendentia. Nonius, *Bulga eſt folliculus omnis, quam & crumenam veteres appellarunt: & eſt ſacculus ad brachium pendens.* Callimachus de quodā qui ampullam oleo plenam ad brachiū pendentem geſtabat,

Καί ῥα παρὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπην. ſic μήτρας ἀρεμαυθίας interpretamur in veteris poëtæ verſu. Animaduerſ. in Athenæum lib. III. cap. XX.

Similiter crumenã è collo pendentem gerebant. Plautus Truculento:

----homo crumenam ſibi de collo detrahit:
Minas viginti mihi dat: accipio libens.

& alibi tribus quatuórve locis. Inde eſt *decollare*, quod propriè de marſupio dicitur, quod collo abeſt & periit. inde ſumitur pro οἴχεσθαι, vt cùm *ſpem decollare* ait Varro.

Ad caput περὶ ἀρεσκείας.

HΔὲ ἀρέσκεια.] De hoc vitio (vitium enim eſt) diximus ſuprà capite De adulatione. Differt blanditia ab adulatione ſolo fine: nam hæc ſuum ſibi commodum pro fine proponit: blanditia verò ſolum τὸ ἡδύνειν ſpectat, & vt placeat in congreſſibus & conuictu. Etſi autem parum honeſta eſt blanditia hæc, (nullum enim vitium honeſtum) quia tamen ſub virtutis ſpecie ſolet id vitium latere, libenter faciunt adulatores, quo nominis ſibi conuenientis inuidiam fugiant, vt ſe blandos potiùs appellent. Athenæus libro ſexto, Ταύτην δὲ τὴν κολακείαν, τινὲς ἐκτρεπόμενοι τοὔνομα, ἀρέσκειαν προσαγορεύουσι, ὡς καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Σαμίᾳ, Τὸ γὰρ κολακεύειν νῦν ἀρέσκειν ὄνομ᾽ ἔχει. Neque omittendum quod Ariſtoteles in octauo Nicomacheorum ſcribit, ἀρέσκοις vulgò appellari quos ipſe φίλοις πολιτικῶς ſolet nominare: eos nimirum qui benignè & comi

comiter cum omnibus verſantur, verã amicitiam cum nemine colunt. Non eſt autem vera illorum ſententia qui τὴν ἀρέσκειαν qua de hîc, negant Latinè dici blanditiam: ſed numero multitudinis, blanditias. Q. Cicero De petitione conſulatus: *Sed opus eſt magnopere blanditia: quæ etiam ſi vitioſa eſt, & turpis in cætera vita: tamen in petitione eſt neceſſaria: etenim cùm deteriorem aliquem aſſentando facit, improba eſt, cùm amiciorem non tam vituperanda.* M. Cicero De Rep. libro I I I I. *In ciue excelſo atque homine nobili, blanditiam, oſtentationem, ambitionem, notam eſſe leuitatis.* Idem ad Atticum libro X I I. *Vnum te puto minùs blandum eſſe quàm me: & ſi vterque noſtrum eſt aliquando aduerſus aliquem, inter nos certè nunquam ſumus.* Idem, eodem libro, *Cùm Romæ eſſent, & te iam iámque viſurum me putarem, quotidie tamen horæ quibus exſpectabam, longæ videbantur: ſcis me minimè eſſe blandum: itaque minus aliquanto dico quàm ſentio.* Nos Galli ἄρεσκον & blandum vocamus *courtiſan*, hoc eſt, aulicum: qui minimo diſcrimine ab adulatore diſtinguitur. Veteres Latini ἀρέσκειαν non ſolùm *placentiam* dixerunt: ſed & *placorem* Gloſſarium vetus, Ἀρέσκεια, *hic Placor.*

οὐκ ἐπὶ τοῦ βελτίστου.] Sic Plato, αἰδὼς τοῦ βελτίστου. Terentius Adelphis,

----quod te iſti facilem & feſtiuum putant.
Id non fit ex vera vita, neque adeo ex æquo & bono:
Sed ex aſſentando. D. Paulus in ea ad Romanos, ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθόν.

Pag. 16. θαυμάσας ἱκανῶς.] Proprium blandorum atque adulatorum mirari alios: Cicero in Paradoxis, *Loquitur ad voluntatem: quidquid denuntiatum*

ſit fa

sis, facit: assentatur, assidet, miratur. quanquam isto loco alij libri *munerat* habent pro *miratur.* Idem Cicero libro secundo De diuinatione. *Neque porrò aut adulatus aut miratus sum fortunam alterius, vt me mea pœniteret.* Sic apud Horatium, aliósque τὸ *mirari*, accipitur. Etiam apud Græcos τὸ θαυμάζειν, verbum est abiecti animi, & planè seruile, vt in Euripidis Medea,

Δέσποινα δ' ἣν νῦν ἀντὶ σοῦ θαυμάζομεν.

Diogenes Cynicus in epistola ad Dionysiū Syracusanum, σκύτοις οὖν δεῖ σοι καὶ δεσπότου, οὐχ ὅς σε θαυμάσει καὶ κολακεύσει. Isocrates solet iungere duo verba θαυμάζειν & θεραπεύειν. In huiusmodi locis significant hæc verba, non simplicē admirationem, sed aliquem effectum ex illo affectu manantem. nec multo aliter LXX. interpretes Leuitici capite XXI. οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει· οὐ λήψῃ πρόσωπον πτωχοῦ· οὐδὲ μὴ θαυμάσῃς πρόσωπον δυνάστου. & in Apocalypsi S. Ioannis, cap. XIII καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ὀπίσω τοῦ Κυρίου.

καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν.] Lego, καὶ πρὸς τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν. vt intelligamus tam honorificè loqui istū de peregrinis, quando ipsos alloquitur.

ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ.] Hoc est, vt videatur vtriusque partis beneuolus, non eius solùm vnde dicit. Atqui hoc sine præuaricationis suspicione fieri nō potest. Iudici istud potiùs cōueniat, cuius officium est, vt præclarè summus ait vates,

Εἰς μέσον ἀμφοτέροισι δικάζειν, μὴ δ' ἐπ' ἀρωγῇ.

φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί.] Animaduertenda est hoc loco singularis quædam βραχυλογία. Nam hoc dicere voluit, ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ, ἢ σῦκον σύκῳ.

κον σύκῳ. Ita enim parœmia efferri ſolita, quæ extat plena in veteris poëtæ loco, qui eſt apud M. Tullium ad Atticum lib. IIII. epiſtola VIII.

Σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον οὐδὲ ἓν
Οὕτω ὅμοιον γέγονε.

ſed quia vulgò notiſſimum erat hoc prouerbium, neque poterat hîc quiſquam aut hærere aut errare, fecit noſter ſenex, in quo ſenilis garrulitatis nihil eſt, verborum compendium. Quid mirum? ita fuerat à præceptore optimo inſtitutus: in cuius libris ſtudioſus lector iſtiuſmodi breuiloquentiam ſæpe poterit obſeruare: nos vnum aut alterum exemplum animi cauſſa proferemus: ſimul vt iuniorum diligentiam ad ſimiles elegantias obſeruandas excitemus. Ait Ariſtoteles De partibus lib. ſecundo, capite XIII. βλεφαρίδας δὲ ἐπὶ τὴν βλεφάρων ἔχει, ὅσα τρίχας ἔχει· ὄρνιθες δὲ καὶ τὴν φολιδωτὴν οὐδέν. voluit dicere, & ſcripſiſſet alius, ὄρνιθες δὲ οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ τὴν φολιδωτὴν οὐδέν. Idem in libello De miraculis auditis, τὸ δ᾽ ἐν τῇ Λιπάρᾳ ποτὲ καὶ ἐκλείπειν φησὶ Ξενοφάνης, ἔτη ἑκκαίδεκα. τῷ δ᾽ ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. dicendum erat, τῷ δ᾽ ἑβδόμῳ καὶ δεκάτῳ. ſic & alibi loquitur.

Pag. 17. καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτός.] Iuuenalis de falſis fictíſque amicis loquens, iſtud non omiſit, Nam idem planè ſibi hæc volunt,

Sed tua nunc Mycale pariat licèt, & pueros tres
In gremium patris fundat; ſimul ipſe loquaci
Gaudebit nido: viridem thoraca iubebit
Afferri, minimáſque nuces, aſſémque rogatum
Ad menſam quoties paraſitus venerit infans.

λύγων, ἀσκός, πέλεκυς] Exiſtimant docti viri blandum

dum hunc hominem cum infantibus iſtis balbutientem ea nominare, quæ erant fortè ante oculos poſita: idque nos aliquando probauimus. Sed cùm cogito dici hoc inter pocula, hoc eſt, in triclinio, qui non eſt locus ſecurium, vtrium autem multò minùs, venio in eam ſententiam, vt putem aliter hunc locum eſſe exponendum. Exiſtimo igitur ἀσκὸν & πέλεκυν hîc eſſe, non id quod vulgò ſignificant: ſed crepundia ex infantium iſtorum collis, vt fit, dependentia: quæ quòd eſſent ad ſimilitudinem veri vtris & veræ ſecuris efficta, ideo ita nominantur. Crepundia enim & παίγνια infantium, ad hanc etiam formam fieri ſolita, vel teſte Plauto probare poſſumus: qui in Rudente inter alia crepundia quæ ad Palæſtræ agnitionē commemorantur, etiam enſiculum & ſecuriculam numerat. Non eſt autem dubium, iſta crepundia quæ in fabulis adhiberi ſolent, ad agnitionem puerorum expoſitorum, fuiſſe infantium παίγνια, è collo, vti dixi, pendere ſolita. Quare etiam δέραια Græci ſigna iſta vocant, vel περιδέραια, vt Ariſtoteles in Poëtica. Euripides in Ione δέραια χρυσώματα παιδὶ νεογόνῳ φέρειν. Dion Chryſoſtomus καὶ πολλὰ διαδήματα, καὶ σκῆπτρα, καὶ πάρας περισάψωσιν αὐτῷ καθάπερ τὰ δέραια τοῖς ἐκτιθεμένοις παιδίοις, ἵνα μὴ ἀγνοῶνται. Et veteres quoque grammatici crepūdia explicant puerilia ornamenta. In Gloſſario verò ſic, *Crepundia* γνωρίσματα, optimè. Alibi in eodem nunquam ſatis laudato libro, ita ſcriptum eſt, Γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων, *Crepundia Mon menta*: perperam: debuit enim ſic, Γνωρίσματα, *Crepundia monimenta*; γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων, *Monimenta*. de quibus monimen-

tis

tis multa dicemus, ſi Deus dabit aliquando. Græci puerorum expoſitorum crepundia γνωρίσματα nominant, vt Heliodorus auctor amœniſſimus, & alij. Non parum hæc declarant pulcherrimum illum Ciceronis locum in Bruto, *Quoniam totum me non næuo aliquo aut crepundiis ſed corpore omni videris velle cognoſcere.* In fabulis agnitiones fere fieri videas vel per næuum, vel per crepundia: eò alluſit Cicero. De hoc igitur loco ſic ſentio, ſic cenſeo: ſed nõ ita, vt qui aliter ſentiat, nihil ſenſurus videatur: difficile enim eſt de eo quicquam affirmare quod per iocum & ludum dictum eſt: quorum multiplex ſemper materia atque occaſio. Quid ſi enim non ἀσκὸς legendum dicamus, ſed ἀκκός; nam ita moris fuit puerulos compellare. Heſychius, Ἀκκὸς παράμωρος. λέγεται δὲ παιδίοις, ὡς μωρεῖς. quanquam ibi fortaſſe ἀκκῶ legendum. vide Græcos parœmiographos. Hoc ſi cui probabitur, de altera voce erit cogitandum. Quid ſi verò non vtrem, non ſecurim vllam hîc intelligi dicamus: ſed infantes potius ipſos ridiculi cauſſa ita appellari? Nã qui erat cute ventréque valde diſtento, eum appellat ἀσκὸν, quaſi γάστρωνα & ventrioſum dicas. ſic apud Ariſtophanem quidam appellantur ἀμφορῆς νενασμένοι. & apud eundem ἀσκὸς pro corpore ponitur, vt in illo, ἀσκὸν δέρειν in Nebulis. & in oraculo quod Ægeo datum eſt, ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα: nam per vtris amicinum ſiue pediculum, aliud innuitur allegoricè. vide Scholiaſten Euripidis ad Medeam. Sic & Anaxarchus θύλακον vocabat corpus ſuum, cùm dicebat nequiſſimo tyranno, à quo cruciabatur, Πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον.

λακον. lege Eustathium Ιλιάδ ψ. Præterea prouerbium est apud Græcos de homine saturo, & qui moris habet se cibo vinóque ingurgitare: est merus ἀσκὸς, & merus θύλακος. Alexis in Hesione de Hercule ἀδδηφάγῳ loquens,

Ἤτησε κύλικα· καὶ λαβὼν, ἑξῆς πυκνὰς
Ἕλκει, κατάντλει, κατά τε τὴν παροιμίαν
Ἀεὶ ποτ' εὖ μὲν ἀσκὸς, εὖ δὲ θύλακος
Ἄνθρωπός ἐστι· Antiphanes vetus comicus,
--- τοῦτον οὖν
Δι' οἰνοφλυγίαν καὶ πάχος τοῦ σώματος,
Ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι. Isocrates quoque, & ex eo Theophylactus in epistolis suis θύλακον δερμάτινον, & ἀσκὸν πήλινον hominem vocant. Epicharmus poëta philosophus, Αὕτα φύσις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πεφυσημένοι: Propterea etiam solent Latini scriptores corpus humanum *vtrem* & *follem* appellare, vt Arnobius libro secundo: vel *folliculum*, vt Lucillius apud Nonium; alij, *corticem*. Varro. *Sic inuitata anima corporeum corticem facilè relinquit.* vel *saccum*, vt Seneca epistola LXXVIII. Tale etiam illud Plauti de muliere multibiba & merobiba, *Quasi tu lagenam dicas, vbi vinum solet Chium esse.* simili ratione Varius quidam Antonij conuictor & συμπότης, Cotylo est nominatus, vt est apud Plutarchum in Antonio. & apud Tarētinos alius quidam Cotyla patem ob caussam dictus, vt ait Dionysius Halicarnasseus. Quare arbitror etiam hîc ita posse hanc vocem accipi: nam & altera dictio πέλεκυς similiter explicari potest: vel quòd acuto esset capite, vt quos Græci φοξοὺς vocant: vel quòd argutulus & scitulus puer. Sic solebat Athenis vir

acris ingenij & dicendi peritus, κόπις appellari, vt est apud Plutarchum in Phocione: & ita vtitur illa voce Euripides Hecuba; & Lycophron sæpius. appellabant & ξίφος eundẽ vt videtur: sicut de Cleodemo quodam refert Lucianus in Lapithis. Quid quòd etiam turpiuscula & obscœna huius appellationis ratio esse potuit? Moris enim fuit olim, atque etiam nunc est, & nutricũ & aliorum, ita cum id ætatis puerulis ὑποκορίζεσθαι ac iocari: vnde illæ apud Græcos voces ποσθων, ποσθωνεὺς, itémque σμερδονεύς. Quid autem videatur hac voce obscæniusculè significari posse, non dicam: sed tibi, lector, conficiendum relinquam: qui mihi, spero, condonabis, quòd longior fui isto loco. libuit enim, imo & licuit, credo, iocosum locum iocosè interpretari, & cum garriente garrire.

καὶ πλεισάκις δὲ ἀποκείρασθαι.] Quæ sequuntur ab hoc loco ad finem capitis prorsus alius generis sunt quàm quæ hactenus præcessere: nam in iis omnibus elucescit inepta quędam virtutum imitatio, cum non minùs inepta opum ostentatione. Sunt enim ad quos ista pertinent, valde affines iis quos veteres Romani elegantes vocabant, nec probabant: & iis quos Græci περὶ μέλος λαμπρυντὰς & μικροφιλοτίμους dixerunt, de quibus caput est infrà perelegans: non ergo ad hoc caput quod de blanditia est, & hominibus blandis, commodè referri possunt. Quare existimo tam eius capitis quod est περὶ ἀρεσκείας finem hodie desiderari, quàm sequentis initium. cuius capitis hæc pars est: quam malè feriati librarij præcedenti capiti agglutinauere, prorsúsque humano capiti ceruicem iunxerunt

equinam. Simili modo peccatum animaduertimus
aliquando in Plutarchi Conuiuialiũ libro quarto:
falsò enim omnes interpretes sibi persuaserunt,
desiderari in editis codicibus caput eius libri sex-
tũ, cuius hoc extat lemma in fronte libri, Τίς ὁ πα-
ρὰ Ἰουδαίοις θεός. sed eo decepti sunt docti viri, quòd
duo capita, quintum & sextum, in vnum coaluisse
non viderunt. Id autem ita esse, spero lectorem
acutum, qui illa attentè legerit, mihi assensurum.
Initium capitis sexti fuêre illa verba haud dubiè,
Θαυμάσας δὲ τὸ ἐπὶ πᾶυ ῥηθὲν ὁ Σύμμαχος. Similem
etiam errorem admissum meminimus in orationi-
bus Græcorum oratorum : de quo pluribus aliâs.
Ita ergo hîc quoque. Quòd si quis me roget qua-
lem huius capitis ἐπιγραφὴν fuisse putem : respon-
debo, posse nos fortasse ex Aristotele Περὶ βαναυ-
σίας vel ἀπειροκαλίας titulum facere. Conferat le-
ctor studiosus, quæ deinceps sequuntur, cum iis
quæ περὶ βαναύσου docet philosophus libro quarto
Nicomacheorum. Atque hoc etsi rectum esse ve-
rúmque penè pro comperto habeo : si quis tamen
mordicus tueatur, posse ista quoque ad ἄρεσκον re-
ferri : age morem illi geramus : ac dicamus cadere
ista in hominem blandum, non quà blandus est:
sed quà φιλότιμος, & elegantiæ studiosus : ferè
autem conueniunt, & in vna sede morantur hæc
duo : quare etiam Theophrastus illa coniunxit, &
de vna, quod aiunt, fidelia duos parietes dealbauit.

πρὸς τὰς τραπέζας.] Vbi versari solent ciues ho-
nestiores & ditiores. vult enim iste censeri inter
meliores. Aliis autem in locis vrbis aliorum mo-
rum homines reperiri solent. quod lepidissimis
versi

verſibus declarat Latinus comicus in Curculione, vbi inter cæteros iſte legitur.

In foro infimo boni homines atque dites ambulant.

οὗ αὖ ἔφηβοι γυμνάζωνται.] An vt ſe ipſe exerceat cum illis, quod erat hominis elegantis & liberalis, quam famam captat iſte? Poteſt quidem ita accipi: cæterùm alius omnino eſt, íſque reconditior huius loci ſenſus: ex veteri more eorum hominum qui Theophraſti ætate vixerunt, petendus. Sciendum igitur, moris fuiſſe Athenis, hominibus iis quos inanis gloriolæ γαργαλισμὸς titillaret, in illis locis vt plurimùm verſari vbi ſe adoleſcentes exercebant: quò nimirum poſſent ab illis conſpici, atque hunc ipſi ſui honoris fructum perciperent, dum in ſe iuniorum ora conuerterent. Atque hoc nomine multi olim irriſi à veteribus poëtis comicis: in his Eupolis poëta: cui obiicit Ariſtophanes quòd parta victoria palæſtras obambularet, vt ab adoleſcétibus ſpectaretur ob recèns partam victoriam inſignis & δακτυλόδεικτος. Περιῄει, ait Ariſtophanes, τὰς παλαίστρας σεμνυνόμενος, καὶ τοῖς παισὶν ἑαυτὸν δῆλον ποιῶν τῆς νίκης ἕνεκα. Quare idem Ariſtophanes in Veſpis laudi ſibi tribuit, quòd tale nihil vnquam fecerit: ſe enim nunquam ſolitum παλαίστρας περικωμάζειν περιϊόντα. Similiter etiam Aeſchines Demoſthenem facit σεμνυνόμενον ἐν τῇ τῶν μειρακίων διατριβῇ. Profectò vel ex vno hoc loco de antiquitate huius ſcripti, & ſcriptoris ipſius licet exiſtimare. Sic Plautus in Curculione inter alia celebria Romæ loca vnum nominat, in quo ſolerent verſari oſtentatores meri.

τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι ὅταν ᾖ θέα πλησίον τῶν στρα-

τηγῶν.] Hoc quis neget esse hominis vehementer ambitiosi? Non enim leuis est honos, quo iste se dignatur, assidere in theatro στρατηγοῖς, hoc est, prætoribus vel exercituum ductoribus: quibus pro summo beneficio Respublica solebat post exantlatos labores bellicos ius προεδρίας concedere. Id ius erat eiusmodi, vt qui eo donati fuissent, possent in senatu, concione, & theatro sedem capere quamcunque esset libitum: aliis etiam excitatis, si quis prior occupasset. Aristophanes Equitibus de sui temporis στρατηγοῖς:

Νῦν δ᾽ ἐὰν μὴ προεδρίαν φέρωσι, καὶ τὰ σιτία,
Οὐ μαχεῖσθαί φασιν.

Scholiastes: Τιμῆς καὶ οὗτος τρόπος· ἐξῆν γὰρ τοῖς τιμῆς ταύτης τυχοῦσι καὶ ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν θεάτρῳ, καὶ ἐν ἄλλῳ παντὶ συλλόγῳ τοὺς προλαμβάνοντας οἵτινες ἦσαν ἐξεγείραντας, αὐτοὺς εἰς τὸν ἐκείνων τόπον καθίσαι. Verùm age addamus de hoc iure προεδρίας apud Athenienses quæ in veterum scriptis obseruata sunt nobis. Fuisse ius hoc etiam hæreditarium, & ferè ad maximum natu è liberis solitum transferri, non vno loco apud Plutarchum notauimus, idque adeo verum est, vt interdum quò possent defunctorum liberi eo vti, mortuis peteretur & impetraretur. quod in Demosthene accidit, teste Plutarcho: apud quem etiam extat hodiéque psephisma Democharis ea fini scriptum. Cæterùm non solis στρατηγοῖς sedes secreta ab aliis in theatro fuit: sed & aliis ordinibus certæ sedes assignatæ. Quare etiam βουλευτικὸν appellarunt, locum senatoribus dicatum: ἐφηβικὸν locum ἐφήβων. Aristophanes Auibus,

κ᾽ ἅθ᾽ ὁρᾷ ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ.

Scholiaſtes: Ἐν βουλευτικῷ. οὗτος τόπος τοῦ θεάτρου ὁ ἀνειμένος τοῖς βουλευταῖς. ὡς καὶ τοῖς ἐφήβοις, ἐφηβικός. Putem & equites equeſtria habuiſſe ſicut & Romæ. Fuit præterea & iudicibus ſuus locus in theatro: quem locum πρῶτον ξύλον dixerunt. Pollux libro quarto: Πρῶτον ξύλον, ἡ προεδρία, μάλιστα δικαστῶν. Iam cùm etiam mulieribus liberum eſſet ſpectare Athenis, erant virorum & mulierum diuiſæ ſedes: idq; lege etiam ſancitum, cuius auctor Sphyromachus: quanquam alij Sphyromachi legem ad ſcorta ſcenam ingredi ſolita, referunt: vt impudicæ ſeorſim ab ingenuis & pudicis mulieribus ſpectarent. auctor idem Scholiaſtes Ariſtophanis in Concionãtes. An verò & peregrinis erat certus locus in cauea aſſignatus? Videtur ita eſſe: nã de mulieribus certè peregrinis id Pollux tradit, & confirmat auctoritate Alexidis, qui in Γυναικοκρατίᾳ dramate dixerit, ---ἐνταῦθα δεῖ περὶ τὴν Κερκίδα

Ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξένας.

Ex quibus verbis liquet mulieres ξένας ſediſſe ad Kercidem. Κερκὶς autem in theatro Attico fuit, niſi fallor, ille ipſe locus qui alio nomine Ἡ παρ᾽ αἰγείρου θέα dicebatur: de quo vide Heſychium. nam κερκὶς in hiſtoria plantarum, vel eſt αἴγειρος, vel alia populo ſimillima arbor. Quare errant, vt puto, qui κερκίδα putant eſſe, quod Latinis *cuneus theatri.* qua in ſententia eſt & Gloſſarij auctor: ſed & ille ſæpe fallitur, & qui eum ἀβασανίστως ſequuntur.

καὶ ἀγοράζειν αὐτῷ μηδὲ μηδέν.] Simiam facilè agnoſcas viri magnifici & μεγαλοπρεποῦς: quem ne-

gat Aristoteles in quarto Nicomacheorum esse εἰς ἑαυτὸν δαπανηρόν. Iam quod sequitur, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπιστάλματα, Aristoteles quoque ibidem τῷ μεγαλοπρεπεῖ tribuit: quem ait σπουδάζειν περὶ ξένων ὑποδοχὰς, καὶ ἀποστολὰς, καὶ δωρεὰς, καὶ ἀντιδωρεάς. quo loco ἀποστολὰς accipere debes ea notione qua hîc ἐπιστάλματα: hoc est, pro donis quæ ad amicos in alia vrbe degentes mittuntur, cuius rei multa in epistolis Symmachi & Synesij, aliorumque Græcorum sunt exempla. Vlpianus apud Demosthenem, & ex eo Suidas, ἀποστολὰς explicant δῶρα: melius Iosephus πομπὰς δωρεῶν. & ita etiam accipit auctor Maccabæorum libro primo capite secundo & alij. Sed & hîc quoque persuasum habeo, ἀποστάλματα scribi debere, non ἐπιστάλματα.

Pag. 18. καὶ πίθηκον κτήσασθαι.] Pertinet hoc quoque ad liberalitatis laudem. Nam, vt ait auctor libelli De virtutibus & vitiis, ὁ ἐλευθέριος θρεπτικὸς τῶν ζώων, τῶν ἴδιον ἐχόντων τὶ, ἢ θαυμαστόν. Porrò τίθηκον esse genus quoddam simiarum, ait Theocriti scholiastes, habentium paruam caudam: imò, vt ego existimo, grandiusculam: nam Aristoteles in secundo Historiarum videtur in omnibus simiis caudæ aliquid agnoscere, ὅσον, inquit, σημεῖον χάριν: sed quod minimum est, id pro nullo censetur. Itaque κερκόλιπας Græci, Latini *clunas* dixerunt, quòd essent sine cauda: & contrà, *cercopithecos*, quasi caudatas simias; quibus esset cauda prolixior, & μᾶλλον ἐπίσημος. τίθηκον tamen aliam à cercopitheco putamus esse; quare non cercopithecum vertimus, sed satyrum: quas namque Plinius vocat Satyros in genere simiarum, & à natura mitissima

ſima commendat, τιτύρεις vulgò non minùs quàm σατύρεις videntur appellaſſe. De iis Solinus, *Sunt & quas vocant ſatyros, facie admodum grata, geſticulatis motibus inquieta.* quo ex loco apparet cur ſatyros potiſſimùm ex omni ſimiarum genere iſti homines alerent. Quemadmodum autem Satyri illi à quibus hæ ſimiæ ſunt ita dictæ, vocantur iidem Tityri, vt præter alios annotat Ælianus Variarum libro quarto: ita & ſimias ſatyros, cum ſimiis tityris eaſdem eſſe ſtatuimus. Non me fugiunt quæ ſunt à viris doctis de voce τίτυρος annotata: verùm ea nihil ad hunc locum facere iudico: ſicut neque illud hûc pertinet, quod ſcribit Heſychius, eſſe id auis cuiuſdam nomen.

καὶ Σικελικὰς περιστεράς.] Solebant veteres Athenienſes columbas Siculas domi alere. Athenæus libro nono, de columbis loquens, Ἐν δὲ Ῥοδίῳ ἢ Πανπυζούσῃ, θηλυκῶς εἴρηκεν (Alexis poëta) καὶ ὅτι αἱ Σικελικαὶ διάφοροί εἰσι. Περιστερὰς ἔνδον τρέφων τῶν Σικελικῶν τούτων πάνυ κομψάς.

καὶ δορκαδείοις ἀστραγάλοις.] In deliciis olim tali dorcadij fuerunt. Habent enim damę & dorcades, vt cætera τῶν διχήλων ζώων, in poſterioribus pedibus talos. Hos Callimachus alicubi ζορκὸς ἀστραγάλους vocauit. Euſtathius in Ἰλιάδ. ψ Καὶ τὸ οὕτω παίζειν, ἀστρίζειν ἔλεγον, καὶ τοὺς τοιούτους ἀστραγάλους ἀστρίας ἢ ἀσείας. Καλλίμαχος οὖν ζορκός που λέγει δωρηθῆναί τινι πέντε νεοσμήκτους ἀσείας. Athenæus libro quinto de Antiocho Epiphane, vel veriùs Epimane, ἐδίδου τοῖς μὲν ἀστραγάλοις δορκαδείοις, τοῖς δὲ φοινικοβαλανίοις, ἄλλοις δὲ χρυσίον. meminit & Lucianus alicubi. Fieri etiam ſolitos ex ebore talos, indicant Propertius

libro 11. & Martialis in Apophoretis, facit eorum mentionem,& Iuuenalis satyra vndecima. Atque hi quidem tali à materia nomen inuenerunt: fuerunt verò & διάσεισοι dicti tali quidam:non vt Lambinus alicubi vertit *sonori*, sed quasi dicas agitati & concussi:ex eo enim nomen habuerunt,quòd mota priùs agitataque manu iacerentur in alueum lusorium: quod ad vitandam fraudem fieri solebat. Docet hoc Suidas, cuius hæc verba ad διασείστοις ἀστραγάλοις referri debere certum mihi. Ἐοίκασιν, inquit, ὠνομάσθαι οἱ διάσεισοι, παρὰ τὸ κινεῖσθαι καὶ διασείεσθαι πρότερον· εἶτα βάλλεσθαι· ἵνα ἀκακούργητοι μᾶλλον ὦσι. Romani fritillo vtebantur ad hanc talorum agitationem. Iuuenalis ----*paruóque eadem mouet arma fritillo.* Vetus interpres ibi: *Fritillus,pyxis cornea, qui* φιμὸς *Græcè dicitur. Apud antiquos in cornu mittebant tesseras, mouentésque fundebant.aut fritillum, pyrgum dixit.* Vide vetere͂ Horatij interpretem ad satyram septimam libri secũdi:Seneca Apocolyntosi, *Qui cõcusso Magna parastis Lucra fritillo.* Mentionem διασείστων reperio apud Aeschinem in ea contra Timarchum, πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκεύη, καὶ διερρίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν, ἀστραγάλους τέ τινας διασείστους καὶ φιμοὺς, καὶ κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα. Hunc Aeschinis locum ob oculos habebat Pollux, cùm hæc scriberet lib. decimo, Κυβευτοῦ σκεύη, ἄβαξ, ἀβάκιον, κόσκινον, κύβοι, διάσεισοι ἀστράγαλοι, φιμοί, κημοί. At docti viri eum locum Pollucis non rectè acceperunt.Erant & Siphnij ἀστράγαλοι,tali viles & minimi pretij:sic dicti διὰ τὴν εὐτέλειαν, à Siphno insula, vt ait Strabo.his vulgus vtebatur:homines diuites & elegantes dorcadiis,

καὶ

καὶ Θυειακὰς τῶν ϛϱογγύλων ληκύθοις.] Similis affectus indicium est apud Iuuenalem, ---- *cum rhinocerote lauari.* De ampullis verò istis nihil legere memini. Thyrium Acarnaniæ oppidum fuit auctore Stephano : eius frequens apud Polybium mentio. In quibusdam libris legitur *θηειακαὶ* : fortasse pro *θουειακαὶ*. Sanè Theophrastus libro De lapidibus gypsum *τὸν ἐν Θουρίοις* (quæ fuit olim Sybaris) commendat : ac fieri potest vt etiam argilla ibi reperiretur, ex qua opera figlina facta in pretio haberentur. fuit & aliud *Θούειον* in Bœotia à Syriaca voce *Thor* sic nominatum, vt auctor est Plutarchus in Sylla. Cæterùm proprium hoc ampullæ istæ cum quibusdam aliis videntur habuisse, vt forma essent rotunda : ideo enim ait *τῶν ϛϱογγύλων*. Nam vulgo ampullæ, non rotundæ penitus erant: sed pressula rotunditate, & forma lenticulari, vt ex Apuleij Floridis discimus. Constat autem ampullas & guttos ex varia materia fieri solitos. Martialis guttum corneum epigrammate quodam commemorat. & Horatius cùm ait, ---- *cornu ipse bilibri Caulibus instillat.* Plinius phaginorum meminit. & gutti lignei mentio est in vita M. Curij Dentati, apud eum scriptorem veterem, cuius extat De viris illustribus liber. Fiebant & è corio: nam ampullarum *σκυτίνων*, id est scortearum, meminere Hippocrates, Plautus, Festus, alij. Has Græci *ὄλπας* propriè vocabant. Scholiastes Theocriti, idyllio secundo, *Ὄλπη κυρίως ἡ δερματίνη λήκυθος, δι' ἧς ἐϛὶν ὀπτήσασθαι τὸ ἔλαιον.* De his coriaceis ampullis intelligendũ quod ait Plutarchus in Sylla: Athenienses obsessos *ὑποδήματα* & *ληκύθοις ἑφθὰς*

comedisse. Plerique æreis vtebantur & quidem Corinthiacis, vt notat idem scholiastes. Sed & argenteas λυκύθοις ditiores habuerunt. Theocritus,

----ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ

Λαζόμεναι. Frequentissimo verò vt opinor in vsu erant lecythi operis figlini: vt Campani gutti apud Horatium: & Samij, quorum multi meminerunt. Nam ferè Samia vasa testacea erant: etsi scio fuisse apud Samios etiam ligneorum vasorum nobiles artifices, vel teste Cicerone, epistola quadam ad Q. fratrem.

καὶ βακτηρίας.] Mirificè hæc conueniunt ei quem hîc describit Theophrastus: ei inquam, qui omnibus in rebus κομψεύεται, & eximium quid supra vulgus habere vult videri: cuiusmodi hominum obseruauimus morem illis temporibus fuisse vt baculum gererent. Demosthenes aduersus Pantænetum: Νικόβουλος δ' ἐπίφθονός ἐστι, καὶ ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φθέγγεται, καὶ βακτηρίαν φορεῖ. tria notat summus orator, quæ vulgò inuidiam conflare solerent: citatum ingressum, vocem altam, baculi gestationem. sic in oratione κατὰ Στεφάνου ψευδομ. etsi ibi postrema nota omissa est. Ἐγὼ δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῆς μὲν ὄψεως τῇ φύσει, καὶ τοῦ ταχέως βαδίζειν, καὶ λαλεῖν μέγα, οὐ τῶν εὐτυχῶς πεφυκότων ἐμαυτὸν κρίνω· ἐφ' οἷς γὰρ οὐδὲν ὠφελούμενος λυπῶ τινάς, ἔλαττον ἔχω πολλαχοῦ. Deprecatur inuidiam qui illa loquitur, & de genio suo atque ingenio conqueritur: ita enim se natum factumque esse, vt fastus & superbiæ notas cùm in vultu habeat impressas: tum etiam in incessu & sermone. Antiphani in Antæo inter hominis venusti notas ponitur, τριβώνιον

ἁπαλόν,

ἁπαλὸν, εὔρυθμος βακτηρία. Magis verò adhuc hominis vanitatem arguit, quod adiicit Theophrastus, ἐκ Λακεδαίμονος: nam baculis Laconicis, itémque calceis indidem aduectis, ferè vtebantur Athenis homines id genus. Ariſtophanes Concionantibus,

Λακωνικὰς γὰρ ἔχετε καὶ βακτηρίας.

Idem poëta, in Auibus,

Ἐλακωνομάνουν πάντες ἄνθρωποι τότε,
Ἐκόμων, ἐπείνων, ἐῤῥύπων, ἐσωκράτουν,
Σκυτάλι' ἐφόρουν.

vel, coniunctim σκυταλιεφόρουν, vt citant veteres Grammatici. Σκυτάλη, & σκύταλον ſiue σκυτάλιον, iſtiuſmodi baculi dicebantur: & de iis interpretandus hic locus Theophraſti libro quarto Hiſtoriæ plantarum capite quinto: Ἐν ἑτέροις δὲ τόποις ἐστὶν ἄκανθα λευκὴ πρῖνος, ἐξ ἧς καὶ σκυτάλια καὶ βακτηρίας ποιοῦσι. Vbi & errat Gaza, qui σκυτάλια *lineas* interpretatur: & ſummus Scaliger non ſatis mentem auctoris videtur aſſecutus. Erant autem baculi Lacedæmoniorum admodum graues, vt annotat Scholiaſtes Ariſtophanis: de iis legendus Plutarchus in Nicia; meminit & in Lycurgo. Quod addit Theophraſtus, vocem σκολιῶν, indicat alios rectos fuiſſe, alios obliquos: id enim eſt σκολιός; vel incuruos, hoc eſt, καμπύλας. Id ita eſt: Recta βακτηρία vtebantur primores populi & iudices; incurua, ruſtici. Auctor Etymologici magni: βακτηρία ἣν σκίπωνα ὀρθὴν· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ οἱ δικάζοντες· τῇ δὲ καμπύλῃ, οἱ ἄγροικοι. Quare etiam paſtorale pedum Græcis ἁπλῶς dicitur interdum καμπύλη. Recti baculi etiam Perſici videntur fuiſſe

appel

appellati: nam Græci grammatici Περσικὴν βακτηρίαν, interpretantur ὀρθήν. Incurui autem lituis Romanorum non erant valde abſimiles: itaque lituum Græci magiſtri καμπύλην βακτηρίαν interpretantur: & Cicero incuruum & leuiter à ſummo inflexũm bacillum nominat. At iudicum Athenienſium βακτηρία peculiarem & operoſiorem formam habuit: quam non vno loco deſcriptam habes apud commentatores Ariſtophanis, & alios veteres grammaticos. Ruſticorum verò baculi vulgo in Italia è virga ſanguinea. Plinius libr. XXIIII. de eo frutice loquens, *Serpentes & homines fruticem refugiunt: baculóſque ruſtici ob id ex eo gerunt.* Sed hæc hactenus: nam de baculis, & eorum forma, multiplicique apud veteres vſu plurima quæ obſeruauimus ad lucem multorum ſcriptorum veterum, alibi ἐὰν ὁ θεὸς ἐθέλῃ commodiùs proferemus.

ἀυλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον.] Periphraſis eſt κονιστηρίου. De coniſterio autem & puluere ſiue puluiſculo palæſtrico, res nota: non enim quiuis puluis ad palæſtram, neque ad ceroma aut haphen aptus erat. Ideo refert Athenæus in duodecimo, Alexandrum in expeditione Indica, multa iumenta habuiſſe inter impedimenta, puluere palæſtrico onuſta. Verùm de hoc puluere & varia eius vtilitate præter Plinium, lege apud Lucianum, Περὶ γυμνασίων. Plutarchus de primo frigido, breuiter, ψύχει, inquit, τὰ τῶν ἀθλητῶν ἡ κόνις σώματα, καὶ καταςβέννυσι τοὺς ἱδρῶτας.

ἀυλαίαν ἔχουσαν.] Græci ζωωτὰ aulæa appellant. talia illa apud Virgilium,

Purpurea intexti tollunt aulæa Britanni.

καὶ τοῦτο φίλων χρᾶν ἀεὶ τοῖς φ.] Ita restituimus hunc locum, ex interdicto Vnde vi. nam vox χρᾶν, quæ ab eruditis hominibus nullo suo merito missella solum vertere coacta fuerat, asserenda omnino nobis ex antiquis editionibus fuit. Enimuerò qui illam omittunt, miserè totam sententiam labefactant ac destruunt: quam nos haud dubiè expressam tibi lector exhibemus. An ignorat quisquã solitos olim diuites suas domos poëtis, atque aliis ad recitationes & ἐπιδείξεις commodare? hoc igitur est χρᾶν. sic apud Iuuenalem,

--- at si dulcedine famæ
Succensus recites, Maculonus commodat ædes.

Tacitus in dialogo de oratoribus, de recitationibus poëtarum loquens, *vt sint qui dignentur audire, & ne id quidem gratis: nam & domum mutuatur, & auditorium exstruit, & subsellia conducit, & libellos dispergit.* Plinius epistolarum libro VIII. *Domum suam recitantibus præbet.* Mox etiam legimus, ἐπὶ τῷ τῶν θεωμένων. intelligit autem fortunatum aliquem è spectatoribus, cuius esse locum illum in quo fit ἡ ἐπίδειξις, fingit apud veritatis ignarum verus possessor. Cui bono? dicet aliquis: ac memini quærere id à me virum doctum. Duplicem possum afferre caussam huius facti. Altera ἀρίσκῳ imò κόλακι pulchrè conuenit. Intelligendum est enim ita hos sermones de aliquo vt diximus diuite & beato viro haberi, vt ipse eos possit exaudire: eum autem ostentatorem aliquem merum esse, & gloriosum, cuius ingenio iste se accómodat, eique supparasitatur: qualis describitur à facetissimo poëtarum Artotrogus initio Militis. Altera ratio est,

quæ

quæ homini λιμοδοξοῦντι, qui laudis ſiti miſerè cruciatur, prorſus quadrat. Eſt enim inſolẽs quoddam oſtentationis genus, quę ſua ſint manifeſtiſſimè, ea dicere alîus eſſe. éſtque à ſummo philoſopho hæc ἀλαζονείας ſpecies in Nicomacheis haut prætermiſſa. Ait ille, indecenter ironia vti, & τὰ λίαν φανερὰ ſibi derogare, ineptæ & putidæ cuiuſdam eſſe oſtentationis. Nam, inquit, καὶ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις ἀλαζονικόν. qua ſententia nihil verius, nihil certius. Clarum huius rei documentum in multis: qui eximiam quandam præ cæteris pietatis famam aucupantes, pauperes humiléſque ſimulant: cùm interea, ſi velo reducto propius eos intuearis, pleni ſint immanis cuiuſdam ambitionis & φιλαυτίας. hoc tantùm à cæteris ambitioſis differentes, quòd ambitionem non recta ſed peruerſa, vt Seneca ait, via ſequuntur. Atque hæc planè eſt illa vernilitas & figura, qua ait idem ſecundo De beneficiis, quoſdam reiicere quæ magis ad ſe volunt attrahere. Quintilianus libro xi. cap. i. *Apertè gloriari neſcio an ſit magis tolerabile, vel ipſa vitij huius ſimplicitate, quàm illa iactatione peruerſa, ſi abundans opibus pauperem ſe neget, nobilis obſcurum, & potens infirmum, aut ſi ſe diſertus imperitũ planè & infantem vocet.* Παλαίστραν certum eſt de loco hîc eſſe accipiẽdum, vt, *Pars in gramineis exercet membra palæſtris.* Eſt autem commune poëtis, philoſophis, ſophiſtis, hoplomachis, harmonicis, atque aliis item, vt τὸ μελετᾶν, ſic etiam τὸ ἐπιδείκνυσθαι. habent enim quique eorum ſuas ἐπιδείξεις & exercitationes: quod notum eſt ex Græcis ſcriptoribus. Ὁπλομάχοι ſunt, qui ſub campidoctore veris armis

armis certare discunt, aut ipsi qui docent: puto enim vtrunque hac voce significari. vide Platonem in Lachete. At vulgò iuuentus non veris armis se exercebat: sed rudibus, aut pilis præpilatis, quæ dicuntur Græcis ἐσφαιρωμένα ἀκόντια. Xenophon libro secundo Ἀναβάσεως, de Phalino quodam ita scribens, προσεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις καὶ ὁπλομαχίαν, videtur innuere hoplomachos ea ætate fuisse appellatos, etiam eos qui tactici Græcis propriè dicuntur. vide Vegetium.

Ad caput περὶ ἀπονοίας.

Pag. 19.

Ἡ Δὲ ἀπόνοια ἐστιν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων.] Definitio ista ἀπονοίας parum plena est: nam cùm discrimen latum sit inter ἀναισχυντίαν, de qua infrà est integrum caput, & ἀπόνοιαν, nihil video in hac definitione, quod non conueniat etiam τῇ ἀναισχυντίᾳ. quid enim pudor aliud est quàm vitiosæ naturæ retinaculum, &, vt aurigarum verbo vtar, sufflamen? Erit igitur pudor, οὐχ ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων: impudentia verò, ὑπομονὴ eorundem. Fortasse pro ὑπομονὴ scribendum ὑπερβολὴ, vt vir doctus coniiciebat, cuius nomen ignoro; vt dicatur ἀπόνοια esse vltima linea siue factorum, siue dictorum turpium. aliter tamen quantum est librorum veterum. Est autem ἀπόνοια vt rem paulò pluribus explicemus, & quod ille ait, ἀμαθέστερόν πως καὶ σαφέστερον. est inquam ἀπόνοια, prauus quidã animi habitus,

quo qui præditus eſt, omnis ab eo famæ pudor abeſt: omníque honeſtatis ac bonæ exiſtimationis cura penitus depoſita ad quoduis facinus ac dedecus ſuſcipiendum pronus eſt, propenſuſque. Proprium hoc homini ἀπονενοημένῳ eſt, primùm vt non huic aut illi vitio ſit deditus, ſed omnibus: deinde vt non inſtinctu tantùm naturæ improbè aut nequiter agat: ſed quia turpitudine ipſa delectatur, & vitia ſua, maláque, quod malorum vltimum eſt, amat. Quod enim ait Seneca quarto De beneficiis, *neminem adeò à naturali lege deſciuiſſe, & hominem exuiſſe, vt animi cauſſa malus ſit*: dictum hoc, inquam, in homine ἀπονενοημένῳ claudere videtur: nam hic, etiam gratis malus eſt. Ideo dicebat auctor orationum contra Ariſtogitonem, ἀπόνοιαν eſſe morbum immedicabilem. Notum quid ſit ἀπόνοια in re militari. Propriè ſic vocatur non deſperatio, ſed is animi habitus qui ex deſperatione induitur. Quamobrem inter ἀπόγνωσιν, & ἀπόνοιαν diſcrimen ſtatuit Dio Chryſoſtomus non vno loco orationū ſuarum. inde eſt hoc vitiorum extremum appellatum: vel dicta eſt ἀπόνοια, quia penitus τοῦ νοῦ ἐξέστησε, vt placet quibuſdā è veteribus. Ὑπομονὴ, quod loco generis poſitum eſt in Theophraſti deſcriptione, non eſt genus, ſed ἴδιόν τι τῶν ἀπονενοημένων. ſemper enim ἀπόνοιαν comitatur audacia: ideo auctores τόλμαν & ἀπόνοιαν ſolent coniungere. vt apud Plutarchum in Ageſilao, & in Catone Vticenſi, Ioſephum libro II. contra Appionem, & in edicto Iuliani, quo Athanaſium Alexādria pellit. & apud Demoſthenem in ea πρὸς Μακάρτατον, τολμηρὸς καὶ ἀπονενοημένος. In Actis ſynodi Epheſinæ extat, epiſtola,

ſtola, cuius initium eſt, Οὐδὲν ἀπονοίας ἐν πλημμελήμασι χαλεπώτερον· αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντα ἐστὶ τῶν ἀτόπων ἡγεμών. Sed non eſt prætermittendus locus inſignis eius auctoris, qui orationes contra Ariſtogitonem (quæ falsò, vt alibi diſputamus, inter Demoſthenicas circumferuntur) ſcripſit, vbi graphicè admodum quid ἀπόνοια ſit, & quis homo ἀπονενοημένος, orator deſcribit. Sic ille, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι τῆς φύσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς πολιτείας, οὐ λογισμὸς, οὐδ' αἰδὼς οὐδεμία, ἀλλ' ἀπόνοια ἡγεῖται, μᾶλλον δ' ὅλον ἐστὶν ἀπόνοια, ἡ τούτου πολιτεία· ἣ μέγιστον μὲν ἐστὶν αὐτῷ τῷ ἔχοντι κακὸν, δεινὸν δὲ καὶ χαλεπὸν πᾶσι, τῇ πόλει δ' οὐδ' ἀνεκτόν. ὁ γὰρ ἀπονενοημένος ἅπας, αὑτὸν μὲν προεῖται, καὶ τὴν ἐκ λογισμοῦ σωτηρίαν. ἐκ δὲ τοῦ παραδόξου καὶ τοῦ παραλόγου, ἐὰν ἄρα σωθῇ, σώζεται. Apud comicos præclara extant hominum huiuſmodi, hoc eſt, ſingulari quadam improbitate & audacia præditorum, qui patrimoniis ſuis naufragi, vt rem facere poſſint, per fas nefáſque audacter ruunt, exempla. Talis apud Ariſtophanem in Nebulis Strepſiades, in Equitibus fartor ille impurus Agoracritus: tales etiam in Plauti & Terentij comœdiis lenones omnes. Porrò ἀπόνοια Latinis eſt *audacia*, vel *audacia perdita*, vt in illo Satyrici poëtæ,

Ingenium velox, audacia perdita, ſermo Promptus.

Budæus *væcordiam* Latinè dici poſſe putabat: mihi olim viſa ea vox Græcæ vim non ſatis explere. Nam ἄνοια omnis, *væcordia* eſt: quippe homo ἄνους caret corde, id eſt ſapientia: vnde ſunt *excors* & *væcors.* at ἀπόνοια aliud longè eſt. neque profectò ſicut dixit Cicero in Piſonem, *ô væcors & amens*: ita dixeris Græcè ſatis propriè, ὦ ἀπονενοημένε καὶ ἀνόητε.

Quoniã tamẽ apud optimos ſcriptores de inſigni improbitate hæc vox vſurpatur; eſto ἀπόνοια, ſi lubet, *væcordia*: homo ἀπονενοημένος, *væcors*: quẽ quidẽ deſperatè malum poſſis Latinè dicere. Ciceroni eſt homo perditus, vel perditus & profligatus: aut etiam deſperatus: vt cùm *deſperatorum hominum flagitioſos greges* dixit in Catilina: & alibi ſæpe. Nam etſi propriè vox *deſperatus* aliud ſonat, tamen de eodem vſurpatur. T. Liuius in vigeſima tertia hiſtoria hæc verba poſuit: *improbus homo; ſed non ad extremum perditus.* Græcè dixeris: πονηρὸς μὲν, οὐ μέντοι ἀπονενοημένος.

Οἷος ὀμόσαι ταχύ.] Rectiſsimè prima nota hominis perditi profligatique hæc ponitur: hic ſiquidem è numero eorum eſt, qui, vt dixit olim Pacuuius, iuſiurandum aliud nihil eſſe cenſent quàm mantile, quo noxæ quotidianæ extergeantur. Talis apud Græcum comicum Strepſiades, quem ita alloquitur ſuus creditor in Nebulis,

Δα. Καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεοὺς,
Ἵν' ἂν κελεύσω σε; Στρ. τοὺς ποίους θεούς;
Δα. Τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ. Στρ. Νὴ Δία
Καὶ προσκαταθείην γ' ὥστ' ὀμόσαι τριώβολον.

Talis apud Latinum comicum Ballio.

Ca. *Iuraſtin' te illam nulli venditurum niſi mihi?*
Ba. *Fateor.* Ca. *nempe conceptis verbis.* Ba. *etiam conſultis quoque.*
Ca. *Periuraſti ſceleſte.* Ba. *at argentum intra condidi.*

Athenis qui facilè iuſiurandũ ſuſcipiebant, *Ardetti* vulgò à loco vbi iurare moris erat, appellabãtur. Heſychius. Τοὺς ῥαδίως ἐπὶ τοὺς ὅρκους ἰόντας, Ἀρδηττοὺς ἐκάλουν.

ἐκάλουν. τόπος δ᾽ ἦν περὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἐγγὺς τοῦ Παναθηναϊκοῦ σταδίου, ἐν ᾧ τοὺς ὅρκους ἐποιοῦντο.

τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις.] Criticorum ſanctio poſtulat vt ſcribamus ἀγόραιός τις. Ammonius, Ἀγόραιος ἐὰν προπαροξυτόνως, σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμμένον· ἐὰν δὲ προπερισπωμένως, σημαίνει τὸν ἐν ἀγορᾷ τιμώμενον. rectè: eſt enim ἀγοραῖος cognomen Iouis, Mercurij, Mineruæ & Dianæ, qui in foro colebantur. Rectè etiam notat Suidas ἀγόραιον dici diem quo lites diſceptantur. ita omnino ſcribendum in Actis, cap. XIX. ἀγόραιοι ἄγονται, non ἀγοραῖοι. & ſubaudiendum ἡμέραι. Gloſſarium vetus, *Cùm res agitatur*, ὅτε ἡ ἀγόραιός ἐστιν. Nam vt *prolatæ res* dicuntur quando iuſtitium eſt, ſic *agi res*, quando, vt loquitur Demoſthenes, αἱ δίκαι εἰσί. Plinius Secundus in Epiſtolis, *Eia tu cùm proximè res agentur, quoquo modo ad iudicandum veni.* hinc apud Suetonium *rerum actus*, pro diebus iuridicis. Strabo libro XIII. de Romanis loquens, ἕτερον, inquit, τρόπον διέταξαν τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας. hoc eſt, vbi conuentus agunt & ius reddunt. Sed vt ad Theophraſtum redeamus, homo ἀγόραιος eſt qui dies totos forum conterit: quémque oratores & comici appellant ἀγορᾶς περίτριμμα: Latini veteres *hominẽ ordinarium*, teſte Feſto: vel *ſubroſtranum*, vt in octauo epiſtolarum ad familiares: vel *ſubbaſilicanum*, vt in Capteiueis,

Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

Gloſſarij auctor paullo aliter: *Baſiliciarius*, Μαλακὸς, ἀγόραιος. Notum eſt in Baſilicis iudicia Romæ pręſertim centumuiralia celebrata fuiſſe. Idem auctor

alibi, *Tabellio*, ἀγόραιος, νομικός. Alio autem loco *lixa* vertit ἀγόραιος. ne id quidem abſurdè: eſt enim is qui quæſtus cauſſa caſtra ſequitur. tot enim modis vox ἀγορὰ accipitur.

καὶ ἀνασεσυρμένος.] Non rectè docti viri qui ſic vertunt, *Veſtibus impudenter ſubductis*. Nam aliud eſt ἀνασεσυρμένος, aliud ἀνασυράμενος: de qua voce dicemus infrà. At homo ἀνασεσυρμένος, is eſt, qui ἀσυρὴς etiam dicebatur, teſte Heſychio. extat ea vox apud Polybium libro quarto: & in extremo fragmento libri XVII. τυχὼν δὲ διὰ ταῦτα μεγάλης ἀποδοχῆς καὶ παρρησίας ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, μετὰ ταῦτα προβαινούσης τῆς ἡλικίας ὁλοσχερῶς εἰς ἀσέλγειαν ἐξώκειλε καὶ βίον ἀσυρῆ. Idem ſignificat apud M. Tullium, vox, *ſpurcus*: qua notione accipi vox *ſpurcities* debet illo Lucretij loco libri quinti,

Quidve ſuperbia, ſpurcities, petulantia, quantas
Efficiant clades? quid luxus deſidiéſq;. vide Nonium.

ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα.] Quantum ſit ponderis in voce νήφων, licet intelligere ex eo quod Demoſthenes in ſecunda Olynthiaca pro argumento vitæ penitus diſſolutæ ſociorum Philippi, ait, eos vbi largiùs poti fuerint, ſolitos cordacem ſaltare. Multo enim turpius ſi quis ſiccus cordacem ſaltet, quàm ſi ebrius. Eſt autem cordax laſciuæ & comicæ ſaltationis genus: ideo ait ἐν κωμικῷ χορῷ. Ariſtophanes verò in Nebulis gloriatur in ſuis comœdiis huic ſaltationi nullum eſſe locum. Puto autem ad reſtim ſolitum cordacem ſaltari: nam Ariſtophanes pro κορδακίζειν dixit κόρδακα ἑλκύειν. Iulianus & alij ἕλκειν κόρδακα.

καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ.] Falſi ſuſpectam

ctam hanc lectionem habeo : puto enim deesse negationem, & ita legendum, προσωπεῖον οὐκ ἔχων ἐν κ.χ. magis enim hoc modo perditissimi nebulonis describitur ingenium : nam etsi omnino turpe est scenicum histrionem agere : tamen qui personatus in scenam prodit, quodammodo sub persona latet, & pudori suo nonnihil consulit: non item qui sine persona. quare etiam Demosthenes in oratione de ementita legatione, Cerybionem quendam κατάρατον appellat, ὃς, inquit, ἐν τ͂ πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσωπείου κωμάζει. Apud Romanos, histriones si minùs placerent, cogebantur in scena ponere personam. vide Festum in Personata fabula. Porrò interpretes ita hunc locum verterant, quasi legeretur ἔχειν. contra omnium codd. auctoritatem. Ita nos de hoc loco censemus : si cui negationem inseri non placet, fruatur ille opinione sua: ego caussam non video cur à priore sententia mea discedam.

καὶ ἐν θαύμασι δ' τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν.] Inter ludicrarum artium artifices, & voluptatum ministros, quibus vsi olim veteres, fuêre qui à Græcis dicti sunt θαυματοποιοὶ, à Latinis *præstigiatores* : quos Athenæus inter Διονύσου τεχνίτας recenset lib. duodecimo. Fuerunt autem variæ & planè mirificæ istorum artes, quibus imperitorum feriebantur oculi, omnia quorum caussas non nouêre, mirantium. Eius generis fuerunt mimi, ἀρχίμιμοι, cybistetæ, petauristæ, petaminarij, funambuli, neurospastæ, item ψηφολόγοι siue ψηφοπαῖκται, & machinatores, de quibus Heromechanicis in egregio libro Περὶ θαυματοποιϊκῆς; & nos multa dicem⁹ σὺν θεῷ aliquãdo, quę sũt nobis cũ cura obseruata & annotata.

Qui igitur has artes exercerent, Græci eos θαυματοποιοὺς vocabant, artemque eorum θαυματοποιΐαν, & spectacula huiusmodi præstigiarum atque offuciarum θαύματα. Errant enim & qui θεάματα legi hîc non θαύματα volunt: & qui aliter hanc vocem interpretantur. Hesychius θαύματα, ἃ οἱ θαυματοποιοὶ ἐπιδείκνυνται. sic apud Dionem Chrysostomum, πολλῶν δὲ θαυματοποιῶν θαύματα ἐπιδεικνυμένων: & apud Platonem cùm in septimo De Republica, tum in secundo De legibus, θαύματα ἐπιδεικνύναι. denique sic semper accipienda illa verba ἐν θαύμασι. in quibus passim errare interpretes etiam doctissimos obseruauimus, vt apud Athenæum non vno loco. neque aliter accipiendus locus Aristotelis libro secundo, De generatione animalium, vbi τὰ αὐτόματα τῶν θαυμάτων commemorat: quæ αὐτόματα θαύματα alio loco appellat: intelligit autem pegmata quædam per se surgentia, vel simulacra suapte sponte mobilia, quæ à neurospastis colligendæ pecuniæ gratia circumferebantur. Quod ait Theophrastus χαλκοῦς ἐκλέγειν, pertinet ad mercedem quam præstigiatores isti à spectatoribus pro lucare exigebant: eam mercedem Græci, vt puto, θαύμακτρον, nuncupabant. est enim à θαυμάζω: eadem analogia quâ δίδακτρον *minerual* à διδάσκω. μήνυτρον *indicium* siue indicinæ pręmium, à μηνύω. & pro eodem εὕρετρον ab εὑρίσκω apud Vlpianum. Sophron apud Etymologici Magni auctorem φέρε τὸ θαύμακτρον, κ' ἀποδυσῶμες. Hinc dicti sunt vulgò cùm hi tum alij agyrtæ, qui similibus artibus stipem in circulis corrogabant, χαλκολόγοι, Latinè *ærusçatores*: pari in vtraque lingua ratione: nam vt χαλκοῖ Græcis

nomi

nominantur quiuis parui pretij nummi: sic Latinis *æra*. Martialis,

Et centum aureolos sic velut æra rogat.

& Hieronymus illa duo λεπτὰ viduæ mulierculæ, cuius fit in Euangelio mentio, *æra* interpretatur. Reperio & *æsculatores* fuisse dictos. Glossarium vetus: χαλκολόγος, *nummularius*, *æsculator*: & alibi, *Æsculator*, χαλκολόγος. inde verbum *æsculor* pro eo quod Theophrastus τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν dixit. Glossarium, χαλκολογῶ, *æsculor*. Apuleius, τοὺς χαλκοῦς, *stipes æreas* vocat in octauo Metamorphoseon: alibi, *exiguam stipem*. Ouidius 1. De Ponto, *stipis æra*. & rectè in Glossario, κέρμα, *æs*. nam quid sit κέρμα Græcis notum est. Maximus Tyrius, δύο ὀβολούς. Hanc illi stipem à spectatoribus exigebant, postquam se quisque sessum receperat, ordines sedentium obambulantes. Ideo ait Theophrastus καθ' ἕκαστον παριών. quæ verba malè accepta sunt ab interpretibus. Lucianus in Asino, ἐπειδὰν ἢ κατακόψειαν οὕτως ἑαυτοὺς, ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν συνέλεγον ὀβολοὺς καὶ δραχμάς. prorsus istis declarantur superiora Theophrasti. Idem Lucianus verbo ἐκλέγειν vtitur alibi, vt Theophrastus hîc, χαλκοῦν ὀβολὸν παρὰ τῶν καταπλεόντων ἑκάστου ἐκλέγων. Hodie præstigiarum istiusmodi artifices solent ad fores aliquem collocare, cui necesse habet vnusquisque priùs quàm spectatum admittatur, in antecessum aliquid pro lucare porrigere.

καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι.] Thesseram intelligit, quam aliquis acceperat à præstigiatoribus, ea lege, vt qui hoc symbolum, quod arrabonis vim habebat, referret, gratis spectaret. De symbolis & contractibus per symbola, quam Aristoteles κοινω-

νίαν ἀπὸ συμβόλων vocat, dicemus vti spero aliàs. Lege si lubet quæ postea scripsimus Animaduersionibus in Athenæum libro III. cap. XXXI.

καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι.]In multis optimæ notæ codicibus vox ἀξιοῦσι non extat; quare ita possumus vertere, *Ac si quis tesserã afferat, duris eum sermonibus accipiet, ipse gratis spectans.* Fortasse ita auctor scripserat. καὶ μὲν τοῖς τὸ σύμ. φέρουσι καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσιν· αὐτὸς προῖκα θεωρῶν. vel, καὶ οὕτω προῖκα αὐτὸς θεωρεῖν. De istiusmodi librariorum peccatis sæpe questi sumus.

δεινὸς δὲ πανδοκεῦσαι.] Olim apud Græcos, sicut etiam hodie, vt audio, in quibusdam Italiæ locis, non multò erat honestior locus πανδοχεῖον siue taberna meritoria, quàm οἴκημα, hoc est, lenonis aut meretricis domus: & apud Hebræos eadem vox *Zonah* & *meretricem* significat & *cauponam*. nec multo aliter apud Latinos, qui τὸ πανδοχεῖον *stabulum*, & τὸν πανδοχέα, *stabularium* dixerunt: meretricem autem *prostibulum*. Eo factum, vt viri quibus honestas curæ, æquè in cauponis ædibus conspici erubescerent, ac in lenonis: quod vel ex iis paret, quę de Stratonico citharœdo refert Ælianus Variarum libro XIIII. capite XIIII. Sed & Isocrates, ἐν καπηλείῳ ait, φαγεῖν ἢ πιεῖν, οὐδεὶς οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε. vide Athenæum libro XIII. hunc ipsum Isocratis locum proferentem. Sed quàm parum intersit, lenocinium inter & cauponam, declarat optimè ius Rom. Nam ex Impp. constitutionibus domina cauponæ quæ viliùs à marito solita haberi, soluitur lege Iulia, de adulteris.

καὶ πορνοβοσκῆσαι.] In edicto prætoris de iis qui notantur infamia, numeratur inter primos qui lenoci

noci

nocinium fecerit. Vide & titulum Codicis, De ſpectaculis ſcenicis & lenonibus.

Pag. 20. *τελωνῆσαι.*] Quanta flagrarint olim apud Græcos & Iudæos inuidia vectigalium & tributorum conductores, nemo neſcit. Ex omnibus Græcis videntur Oropij huic quæſtui maximè fuiſſe dediti: extat enim de iis veteris poëtæ Xenonis elogium huiuſmodi.

Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες,
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

Apud Romanos etſi portitorũ & coactorum magna ſemper vilitas, vt alibi: Publicanis tamen inter honeſtos ſuus erat locus. quippe equites fuêre ſplẽdidiſſimi. ideo toties & tam effusè publicanorum ordinem laudat M. Tullius. Quare *τελώνην* vertimus *portitorem* non *publicanum*, vſum veterum auctorũ ſecuti. Gloſſariũ, *portitor*, *τελώνης*. *Portorium* *τελωνεῖον*. & ſanè *τελώνης* propriè eſt qui *vectigaliarius*, & *telonarius*. in Cod. Theodoſiano. Papinianus lege XVII, Dig. Ad municipalẽ. ſcribit *munus exigẽdi tributi inter ſordida munera non haberi; & ideo decurionibus quoque mandari.*

ἀλλὰ κηρύττειν.] Iuuenalis ſatira ſeptima:

---nec fœdum alij, nec turpe putarent
Præcones fieri. & ſatira tertia lenonum, præconum, & gladiatorum pueri eodem iure cenſentur. Verumtamen Horatius præconum ordinem & coactorum tuetur alibi propter patrem. Multa Cicero de præconibus in ea pro Quintio.

μαγειρεύειν, κυβεύειν.] M. Tullius, Officiorum libro primo ſub finem, *Miniméque artes hæ probandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum, cetarij, lanij, coqui,*

fartores, piſcatores, vt ait Terentius: adde his ſi placet vnguentarios, ſaltatores, totúmque ludum tálarium. Eleganter Cicero tanquam εἰς μίαν, quod aiunt, μύκονον congeſsit pleraſque omnes artes quæ à Romanis improbabantur. par eorundem Athenis vilitas, vt teſtantur ſcriptores Attici. *Cetarij* ſunt ταριχοπῶλαι, viliſsimum hominum genus Athenis: vt & ſalſamenta àpud eos ſeruorum & pauperum cibus fuit, quod ſuprà diximus. Inde apud Lucianum, ταριχοπωλεῖν ὑπὸ ἀπορίας, ἢ τὰ γράμματα διδάσκειν. Manauit ab iſtis prouerbium de homine obſcuro & terræ filio: dicebant eum patre eſſe ortum qui cubito mungeretur: quod erat ſalſamentariorum proprium, vt ad Strabonem pluribus expoſuimus. de *coquis*, & teſtatur Theophraſtus hîc,& habes de iis fusè apud Athenæum. *Fartores* ſunt ἀλλαντοπῶλαι infimæ ſortis homines: vide Equites Ariſtophanis. *Piſcatores* quo loco ab iiſdem haberentur, declarat vetus prouerbium, quod in Heſychij Gloſsis reperimus: Δουῶαι μὲν εἰς ἐπακτρέων, λαβεῖν δ' μή. ſumtum eſt ex aliquo comico. monebat viros auctor adagionis, vt vxores ex ordine piſcatorum ne caperent: etſi filias vt piſcatoribus nuptum demus, propter difficultates conditionum reperiendarum, concedit. ἐπακτρεῖς ſunt *piſcatores.* Piſcatoribus adiici debent aucupes & pomarij,

atque omnis Tuſci turba impia vici:

ait Horatius, Satira tertia libri II.

De *vnguentariis* & *ſaltatoribus*, res notiſsima. Athenis olim lege Solonis cautum fuit, ne quis ciuis Atticus myrepſicam faceret. auctor Athenæus libro. XIII. vt minùs mirum ſit quod Seneca refert,

fuiſſe

fuisse aliquando vnguentarios Lacedæmone pulsos. Postremò adiicit Cicero, *ludum talarium*, sicut & Theophrastus τὸ κυβεύειν. vide super istis titulum Codicis De aleatoribus & alearum vsu.

τὴν μητέρα μὴ τρέφειν.] Lege Solonis notabantur infamia qui parentes non alebant, aut tectum ad habitationem non præbebant: vt vel ex Æschine contra Timarchum constat. Non temere autem matrem potiùs dixit Theophrastus quàm patrem: latiùs enim patuit exhibendæ matris necessitas, quàm patris, quando & vulgò quæsitis mater necessariò fuit alenda: in patre non idem obseruatum: vide Plutarchum & Laërtium in Solone.

ἀπάγεσθαι κλοπῆς.] Arcessi, inquit, solet furti: adde, & aliorum criminum. sic apud comicum Agoracritus, perfectissimum ὑπονοίας exemplum, id sibi nomen ait inditum, ex eo quòd perpetuò alicuius criminis reus in iudicio volutaretur. Notabis κυριολογίαν in voce ἀπάγεσθαι: nam ἀπαγωγὴ in foro Atheniensi propriè dicebatur de furto, sicut ἔνδειξις de aliis criminibus: auctor Vlpianus in Demosthenem Πρὸς Λεπτίνην. quamquam alij veteres quibus potiùs assentior, ἔνδειξιν & ἀπαγωγὴν ita distinguunt, vt illa sit absentis delatio: hæc præsentis in ius abductio: quando aliquis manifesti criminis conuictus, in carcerem & ad vndecimuiros rapiebatur.

τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. Dictum venustatis Atticæ: sic apud Ciceronem, *habitare in carcere*. & in Bruto, *habitare in Rostris*. Dinarchus, Καὶ γὰρ θανάτου ἄξια πολλὰ ἕτερα διαπέπρακται, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πλείω χρόνον ἢ ἔξω διατέτριφε. loquitur

quitur de Ariſtogitone: quẽ propterea auctor earũ orationũ cõtra illum, quæ Demoſtheni vulgò tribuuntur, τεθραμμένον in carcere appellat, & alteri opponit recèns carcerẽ ingreſſo, &, vt ipſe loquitur, νεαλεῖ καὶ προσφάτῳ. Demoſthenes in ea contra Timocratem Androtioni obiicit, quòd pater eius πολλὰς πενταετηρίδας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διέτριψε. Appio Claudio apud Liuium obiicitur pro magno crimine, quòd carcerem appellaſſet *domicilium plebis Romanæ*. Plautus in Pſeudolo: *Niſi carcerem aliquando effregeritis, veſtram domum.* Poſtremò ipſum etiam hominem improbum *carcerẽ* vocarunt. Lucillius,

----*carcer vix carcere dignus.*

καὶ τοῦτο δ' αὖ εἶναι δόξειε.] Lego, καὶ οὗτος δ' αὖ.

τῶν περιϊσταμένων τοὺς ὄχλους.] Hoc eſt, eorum qui cœtus & concurſus faciunt: quod capital fuit Athenis. vide infrà ad caput περὶ λογοποιΐας.

μεγάλῃ τῇ φωνῇ.] Alta voce loqui ſuprà ſignum erat ruſticitatis: alibi, ſuperbi & elati animi: ſed addit hic Theophraſtus, καὶ παρεῤῥωγυῖᾳ. quæ vocis appellatio, vel ex eo manauit, quòd multi nimia vocis intentione ramices fregerunt: vel declaratur ea dictione vaſtus oris hiatus: ſicut Ariſtoteli in ſecundo Hiſtoriarum, & tertio De partibus, ora canum, leonum, ac reliquorum καρχαροδόντων dicuntur eſſe ἀνεῤῥωγότα. Ariſtophanes in Equitibus Cleonem vocat καρχαρόδοντα, & mox ei vocem tribuit χαράδρας, propter aſperitatem & inæqualitatem. Vide ſcholiaſten: & ita etiam vocem παρεῤῥωγυῖαν hic interprerari licet: vel eſt tranſlatio à ſenſu tactus ad ſenſum auditus: nam quæ ſunt abſciſſa & abrupta, eadem aſpera ſunt. Apud Ciceronem

ronem inter vocis differentias sunt, fractum & scissum. fere autem *fracta vox* apud Latinos auctores dicitur de voce effœminata, aut eius

liquido qui plasmate guttur Mobile colluerit.

Græci σαθρὰν vt videtur, & παρερρωγυῖαν scissam vocē nomināt. Sed de omnibus vocis differētiis acutè vt omnia summus philosophus in libello Περὶ ἀκουστῶν.

Pag. 21. ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις.] Proprium hoc, vt initio diximus, homini ἀπονενοημένῳ: qui assiduis conuitiis ita depudere didicit, vt lætetur etiam infamia. Habuit hoc quoque impurus ille sæpe iam à nobis commemoratus Aristogiton: quē quidem ait orator ea fuisse oris duritie, vt quæ alij taciti & in tenebris admitterent, quibus tale quid humanitus vsuueniret, ea ipse tantumnō appensis sibi tintinnabulis patraret : quod est dicere palam & in omnium oculis. Sic ille, Καὶ ἃ τῶν ἄλλων τῶν ἠτυχηκότων ἕκαστος ἀποκρυπτόμενος ποιεῖ, ταῦθ' οὗτος μόνονοὺ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται.

τὰς δ' ἐξόμνυται.] Lego, καὶ τὰς μὲν ἐξόμνυται.

ἐχῖνον.] Vasculum fuit in quo asseruabantur litium instrumenta, quæ in libris Græcorum Iurisconsultorum ἀσφαλίσματα vocantur. Erat autem echinus, vel testaceus, vel æneus, teste in Vespas Aristophanis scholiaste.

ὁρμαθὸν βιβλίων.] Aristoteles apud Dionysium Halic. δεσμὰς δικανικῶν βιβλίων. Iuuenalis de causidicis in forum venientibus:

--& magno comites in fasce libellos. Propriè ὁρμαθὸς est serta siue restis è cæpis aut similibus rebus contexta.

καὶ τῆς δραχμῆς.] Planè istud hominis est, non homi-

hominis. Nam cùm in genere fœnerari idem ſit quod hominem occidere, vt Cato ſenior aiebat: & παρὰ φύσιν ἐργάζεσθαι, vt Ariſtoteli placet: ac proinde fœneratores furibus peiores ciues à veteribus Romanis fuerint exiſtimati, vt probat idem Cato: quid obſecro te, exiſtimandum eſt de eo, qui fœnus id exerceat quòd hîc commemoratur? Neque tamen putemus fingi hęc à Theophraſto: dixit enim ipſe initio, ex iis quæ vulgo fierent, & in vſu apud homines eſſent, eſſe hoc à ſe ſcriptum conflatum. Imprimis animaduertenda eſt iſtorum techna, qui vt fœnus hoc horrendum minore cum inuidia poſſint exercere, non ſolent grandem pecuniæ ſummam ſimul eidem credere, neque in multos dies. Hi ſunt quos Græci ἡμεροδανειστὰς & τοκογλύφοις dixerunt, Latini *tocullиones*: qua voce vtitur M. Tullius ad Atticum. Cùm autem obolus ſit ſexta drachmæ pars, facile cuiuis æſtimare, quale ſit hoc fœnerãdi genus, quando drachma obolum ſemis quotidie parit. Fuit ſanè maxima Athenis fœnerandi licentia. etſi enim vſitatus in ea ciuitate vſuræ modus erat, vt pro mina quot menſibus drachma penderetur: quæ eſt centeſima Romanorum vſura; tamen & binas centeſimas & ternas, ac quaternas ſolitas exigi nõ eſt dubium. quippe cùm iſtiuſmodi hominum improbitas, non ſolùm non coërceretur vllis legibus: ſed etiam approbaretur veteri Solonis lege hac: Τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι, ἐφ᾽ ὁπόσον ἂν βούληται ὁ δανείζων. hoc eſt, *Ius eſto fœneratori pecuniam ſuam quantacunque vſura volet collocare.* Sic enim Lyſias hanc legem exponit. Τὸ στάσιμον inquit, τοῦτό ἐστιν, ὦ βέλτιστε, οὐ ζυγῷ ἱστάναι, ἀλλὰ τό

λα τόκον πράττεσθαι ὁπόσον ἂν βούληται. Apud Paulum Iuriſconſultum libro IV. Reſponſorum, Lucius Titius ita cauet: συνεθέμην χορηγῆσαί σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλοις τέσσαρας.

τρία ἡμιωβόλια.] Antiquum eſt Græcorum loquendi genus, τρία ἡμιωβόλια, pro, *obolus ſemis*, vel *ſeſquiobolus*. Pollux, φίλον δὲ τοῖς ἀρχαίοις καὶ τὸ ἓν ἥμισυ τάλαντον τρία ἡμιτάλαντα λέγειν. Ita ſæpiſſimè cuiuſuis aut menſuræ aut ponderis numeros antiqui ſcriptores, præſertim Attici, efferunt. ſic apud Hippocratem legas τρία ἡμίχοα, τρία ἡμιώβελα, τρία πεμπτημόρια & τέσσαρα πεμπτημόρια: apud Platonem τρία ἡμιμναῖα, ſexto Legum: apud Xenophontem τρία ἡμίδραχμα: apud Theophraſtum in ſecundo Hiſtoriarum τρία ἡμιπόδια: Apud Athenæum libro quarto τρία ἡμιμέδιμνα: & in Dioſcoridis aliorúmque medicorum libris ſæpe. Sic Latini interdum: Martialis,

Et thuris piperiſque tres ſelibræ.

quod & nos in vernaculo noſtro idiomate retinemus. Attici verò quàm delectarentur hoc loquendi genere, declarat Theophraſtus, qui in libro Περὶ ὀσμῶν, δύο ἡμίεκτα dicere maluit, quàm ἑκτέα. Impp. in Cod. Theod. *ſex ſemiſiliquæ* quàm tres ſiliquæ. Auguſtus in teſtamento *ex parte dimidia & ſextante*, quàm ex beſſe. Hinc illa ſunt nomina compoſita, τριημιχοίνιξ apud eundem Theophraſtum: & πενθημιχοίνιξ. item apud Xenophontem τριημιπόδιον. ſic etiam apud grammaticos dictus πενθημιμερὴς verſus, qui duos pedes & partem à reliquo carmine quaſi ſciſſam & ſeparatã habet. Caue verò confundas loquẽdi hoc genus cum alio ſimili quidem,

ſed ſignificatione longè diuerſo: Τρίτον ἡμιωβόλιον enim quando dicunt Græci, non iam obolum ſemis ſed *duos obolos ſemis* volunt intelligi. Sic dixit Herodotus ἕλκων ςάθμον ἕβδομον ἡμιτάλαντον, pro eo quod eſt, *pendens ſex talenta cum dimidio.* ſic apud Dinarchum τρίτον ἡμίδραχμον, pro *duabus ſedrachmis ſemis.* vide Pollucem. Hoc quoque imitati ſunt Latini veteres. *Fuit enim veteris conſuetudinis*, ait Varro, *vt retrò æra dicerentur, ita vt ſemis tertius, ſemis quartus pronuntiarent.* Inde eſt *ſeſtertius nummus*, & *ſeſtertius pes*, pro duobus aſſibus ſemis. & duobus pedibus ſemis. & apud Plinium libro XVII. capite XI. *quinus ſemipes* ex Græcis ſcriptoribus, quod ipſi dixerant πέμπτον ἡμιπόδιον. hoc eſt, *quatuor pedes cum dimidio.* Adi Priſcianum, & Voluſium Mæcianum, qui hoc poſterius loquendi genus diligenter explicauerunt. Nos autem ideo hîc notauimus, vt ne ſimilitudo duarum locutionum cuiquam imponeret. quo in errore doctiſſimos etiam viros verſari videmus. Teſtis ſit Demoſthenes: in cuius orationibus quoties extat altera harum φράσεων, toties peccat eruditiſſimus Vuolfius. Nam quod in ea pro Androtione ſcribitur, ὃς ἀποδρὰς ᾤχετο, ἔχων πέντε ἡμιτάλαντα, *duo talenta ſemis* ſignificat: non quatuor cum dimidio, vt putauit interpres. ſic debet hic etiam locus ex oratione ὑπὲρ Φορμίωνος exponi, οὐκ ἀποδίδωσι πένθ' ἡμιταλάντων καὶ ἑξακοσίων δραχμῶν. item iſte ex ea πρὸς Νικόστρατον, ſub initium, ἀπεχράφάμην ἂν πένθ' ἡμιμναίων ἄξια ἀνδράποδα. Poſtremò in oratione contra Theocrinem quæ ἔνδειξις inſcribitur, non aliter illa exponi debuêre, ἐδόθη τρία ἡμιμναῖα τούτῳ τῷ ἀδωροδοκήτῳ. Tot locis

apud

apud ſummum oratorem, extat loquendi hoc genus: in quibus omnibus lapſus eſt vir doctus, quum non obſeruaſſet quid inter τρία ἡμιτάλαντα, & τρίτον ἡμιτάλαντον intereſſet. Enimuero doctiſſimo viro facilè ignoſco, qui

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ᾽ ἀπωθεῖται ψόγον :

vapulet verò ſciolus ille Græculus qui Vuolſium in errorem induxit. Ita enim annotatum reperies ad ſuperiorem locum ex Androtiana, τὸ δὲ πένθ᾽ ἡμιτάλαντα, ἀντὶ τοῦ πέντε παρὰ ἡμιτάλαντον· ὡς εἶναι τέτταρα καὶ ἥμισυ. καὶ τοῦτο συνίσταται ἐκ τοῦ σταθμοῦ παρὰ Ἡροδότῳ. Hæc ille: quæ omnia falſa eſſe & inepta ex ſuperioribus liquet: quibus libet adiicere velut ἐκ περιουσίας, vt omnis omnino ſcrupulus eximatur, locum Ariſtotelis inſignem. Sic philoſophus nono Hiſtoriarum. Βλίττεται δὲ σμῆνος χοᾶ, ἢ τρία ἡμίχοα. τὰ δὲ εὐθηνοῦντα δύο χοᾶς, ἢ πένθ᾽ ἡμίχοα. τρεῖς δὲ χοᾶς, ὀλίγα. *Eximunt*, inquit, *ex vno apum alueari choem vnum, aut vnum cum dimidio. vel, bene vt agatur, choas binos, aut binos cum dimidio: rarò ternos choas.* Eat nunc iſte opicus, & dicat πένθ᾽ ἡμίχοα eſſe τέτταρα καὶ ἥμισυ. Abſit verò à nobis, vt hæc & alia huius farinæ, qualia nonnulla in illis ſcholiis obſeruauimus, Vlpiano tribuamus.

τῆς ἡμέρας πράττεσθαι.] Atticum eſt, ἀντὶ τοῦ εἰσπράττεσθαι. non aliter ferè Demoſthenes cæteríque ſcriptores de meliore nota. non ergo ſunt audiendi qui εἰσπράττεσθαι iubent reſcribi. Veteres & Græci & Latini ſæpè eleganter ſimplicibus verbis pro compoſitis vtuntur: ſic ergo πράσσω aliâs pro ἐκπράσσω, exigo: pro συμπράσσω. Pindarus Nemeonicis,

Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν οὐδὲν, βελτίστη δὲ φρενί.

hoc est, συμπράσσει, συνεργεῖ. Notabis pactionem de vsura in singulos dies: cuius extat etiam in Epidico Plauti exemplum.

Id adeo argentum ab danista apud Thebas sumsit fœnore:

In dies minásque argenti singulas, nummis.

Qui hanc vsuram exercebant, Græci eos ἡμεροδανειστὰς vocabant, vt Laertius in Menippo. Res hodie tocullionibus, præsertim Iudæis non incognita.

καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν.] Iam venimus ad locum longè elegantissimum, & ex iis vnum qui vetustatem libelli huius arguunt: cuius veram interpretationem prioribus interpretibus ne per somnium quidem in mentem venisse affirmare ausim: est enim & obscurior propter ignorationem priscorum morum: & nonnihil etiam corruptus: sed de re primùm: de verbis mox viderimus. Sciendum igitur, morem olim fuisse Athenis hominum viliũ atque abiectorum, qui in foro res venales habebant, vt quas pecunias ex venditione mercium suarum colligerent, eas in os & buccam conderent: maximè, credo, cùm esset turba emtarientium: tum enim, ne tempus sibi aperienda claudendáque crumena periret, vt quidque accipiebant numorum, id statim in os coniiciebant. Sic erat istis os suum instar crumenæ, quam collo appensam istiusmodi homines apud Romanos gerere solitos fuisse, suprà ex Plauto annotabamus. Propterea scribit Artemidorus, in re somniorum maxillas indicare horrea: τὰς σιαγόνας, inquit, πρὸς ἀποθήκας λητπτέον. Hoc est quod Theophrastus

phraſtus vocat, εἰς γνάθον ἐκλέγειν, *in maxillam colligere.* nam ἐκλέγειν pro συλλέγειν poſitum, vt etiam paullo antè. Græci comici ἐγκάπτειν εἰς τὴν γνάθον eodem ſenſu dicunt. Alexis in Lebete deſcribens venditorem ficorum, hominem impudentiſſimum,

Εἶθ᾽ ὁ μὲν ἔδωκεν ὡς τοιαῦτ᾽ ὠνούμενος,
Τιμὴν ὅδ᾽ ἐγκάψας τὸ κέρμ᾽ εἰς τὴν γνάθον,
Ερινε᾽ ἀπέδοτο, σῦκα πωλεῖν ὀμνύων.

Sic apud Ariſtophanem, quem iure veteres critici τῶν Ἀττικῶν ἐθῶν διδάσκαλον appellarunt, Philocleon ait, cùm tradita tam ſibi quàm Lyſiſtrato communis drachma fuiſſet (iudicibus enim binis drachma merces dabatur) conueniſſétque inter ipſos vt illam Lyſiſtratus permutaret, & eius dimidium, hoc eſt, tres obolos, ipſi daret: ait inquam, ſe à ſodali miſerè deceptum fuiſſe: qui monetæ loco ſquamas mugilis piſcis in manum ſibi tradiderit: quas ipſe imprudens tanquam probam monetam in os ſubitò immiſerit. Verba poëtæ ſunt,

----δραχμὴν μετ᾽ ἐμοῦ λαβὼν,
Ἐλθὼν, διεκερματίζετ᾽ ἐν τοῖς ἰχθύσι.
Κ᾽ ἄπειτ᾽ ἐπέθηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεστρέων.
Κἀγὼ ᾽νέκαψ᾽. ὀβολοὺς γὰρ ᾤόμην λαβεῖν.

Scholiaſtes, πολλοῖς γάρ ἐστιν ἔθος ἐν τῷ στόματι φυλάττειν τὸ ἀργύριον. *Multis, inquit, moris eſt, vt pecunias in ore cuſtodiant.* Idem poëta in Æoloſicone, ὅσπερ λοιπὸν μόνον ἦν ἐν τῇ γνάθῳ γέγονέ μοι. & in Anagyro, ἐν τῷ στόματι τριημιωβόλιον ἔχων. In libro veteri de miraculis Vdalrici Auguſtæ Vindelicorum quondam epiſcopi, ita ſcribitur. *Clericus quidam mutus effectus cùm à propinquis ſuis ad ſepulchrum ſanctum deductus fuiſſet, emiſſis de ore ſuo duobus dena-*

riis super sepulcrum, loquelam quam amiserat, recepit. Hodie mulieres moris eiusce vestigium retinent: multæ enim consueuerunt, maximè αἱ κομμώτριαι, siue ornatrices, in ore aciculas habere; nam inde faciliùs ad vsum promuntur quàm ex aciario, siue βελονοθήκῃ, aut è puluillis iis quos ad custodiendas aciculas solent sibi fabricari. Atqui hanc commoditatem magno sæpe constare, exempla tristissima illas debuerant docere. Quid quòd etiam nummi in os recepti, nedum aciculæ, periculum aliquando veteribus crearunt? Nam apud Aristophanem in Auibus Euelpis quidam est, qui dum more Atheniensium miluum vêris indicem prouolutus ad terram salutare parat, obolum quem forte in ore habebat, imprudens nec sine summo periculo deglutit.

--- ἐγὼ δ' οὖν, ait,

Ἐκυλινδούμην ἰκτῖνον ἰδών· κᾆτ' ὕπτιος ὤν, ἀναχάσκων

Ὀβολὸν κατεβρόχθισα.

Ex his luce clarior mens auctoris hoc loco: superest vt de mendo quod hæc sententia continet, videamus. Non enim τόκοις rectè legitur: vt ex illis verbis ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος, quiuis intelligat: sed vel ὀβολοὺς legendum, vel χαλκοῦς dicerem, vel κέρματα, nisi longiùs ab edita lectione abesset. vel igitur, ὀβολοὺς scribendum, vt in superiore Alexidis loco: vel χαλκοῦς, vt in hoc Aristophanis Concionantibus,

--- πωλῶν γὰρ βότρυς

Μεστὴν ἀπῄρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.

Scimus Græcum esse ἐκλέγειν τόκους; vt in 11. Stromat.

mat. Clementis τόκους ἐκλέγειν ἐπὶ χρήμασι, ſed hoc nihil ad iſtum locum. Fuit cùm hoc referrem ad σπερμολόγους, viliſſimum hominum genus Athenis. Sic enim vocabant Athenienſes abiectiſſimos quoſdam homines, imò hominum mendicabula, qui forum & Digma oberrantes, ſi quid è mercium oneribus, vt fit, excideret, id legebant, & vitam hoc quæſtu ſuſtentabant. Auctor Euſtathius. Sed ſuperiore interpretatione nihil verius, ne ea quidem quæ apud Sagram.

Pag. 22. ἐργώδεις γὰρ εἰσί.] Hoc eſt, δυχερεῖς καὶ φορτικοί. Malo ſic quàm vt quidam, *His ſemper eſt quod agant.*

καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ.] Ecce iterum eandem notam de qua diximus paullo antè. apparet, Theophraſtum teneras aureis habuiſſe, & clamoribus importunis valde ſolitum offendi. Auctor Rhetoricorum ad Herennium in deſcriptione hominis impudentis hoc non neglexit, *Tum verò*, inquit, *iſte cœpit clamare voce iſta, quæ facilè cuiuis rubores excire poſſet.* Sed de hoc vitio plura Clemens Alex. Pædagog. lib. II. cap. VII. Quintilianus libr. VI. cap. V. & alicubi Iuſtinus Martyr.

Ad caput περὶ λαλιᾶς.

HΔὲ λαλιὰ εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου.] De hac dictum nobis ad caput περὶ ἀδολεσχίας. In Platonis Ὅροις ita definitur, Λαλιὰ, ἀκρασία λόγου ἄλογος. Hominem λάλον, Latini veteres, *linguacem*, *lingulacam*, & *locutuleium* dixerunt. vocarunt & *lin-*

guoſum, vt Hieronymus ſæpe. ſic apud Græcos γλωσσώδης ἄνθρωπος, & πρόγλωσσος, vt cui ſit lingua prominens. Vſus eſt Clemens elegantiſsima ea voce, quæ ei reſpondet quod Francoceltæ dicimus, *auoir la langue longue*. Porrò λαλιὰ in malam partem non ſemper accipitur, ſed interdum pro familiari colloquio inter amicos, aut alios. Quare etiam λαλιᾶς præcepta prodita ſunt à veteribus dicendi magiſtris. Menander rhetor, Τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος χρησιμώτατόν ἐστιν ἀνδρὶ σοφιστῇ· καὶ ἔοικε δύο εἴδεσι τῆς ῥητορικῆς ὑποπίπτειν, τῷ τε συμβουλευτικῷ καὶ τῷ ἐπιδεικτικῷ· πληροῖ γὰρ ἑκατέρου τὴν χρείαν: plura ibi lege. Extat & Ariſtidis oratio λαλιὰ inſcripta.

ὅτι οὐδὲν λέγεις.) Hoc ſolebant de iis vſurpare qui falſa aut quæ nihil ad rem eſſent, loquerentur. Ariſtophanes Veſpis παῦε παῦ, οὐδὲν λέγεις. & alibi ſæpe, & in Platone paſſim. Alio ſenſu apud comicum poſitum obſeruauimus παροιμιακῶς illud οὐδὲν λέγει, non de verbis ſed de re inutili: ſicut hodie nos quoque loquimur de re quam improbamus. Ait autem Theophraſtus ἂν ὁ,τιοῦν, vt indicet locutuleios iſtos, non poſſe quamuis exigui temporis loquendi moram ferre. Ad hos pertinet non ad ἀδολέσχους locus Ciceronis primo Officiorum. *Nec verò tanquam in poſſeſsionem ſuam venerit, excludat alios: ſed cùm reliquis in rebus, tum in ſermone communi viciſſitudine vtendum putet.* Similia B. Baſilius in epiſtola quadam ad Gregorium.

καὶ ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται.) Tale illud fere Ariſtophanis in Auibus,

--- ἐμὲ τοῦτό γ' ἐρώτα.

Pag. 23. ὑποβάλλει, εἶπας σύ; μὴ ἐπιλάθου.) Praua

diſtin

diſtinctio hactenus veram huius loci ſententiam infuſcauit. Nam diſtinguendum eſt, ὑποβάλλει, εἴπας, Σὺ μὴ ἐπιλάθου. Et εἴπας ſcribendum, non εἶπας. Eſt enim non verbum, ſed participium, quo ſæpe vtitur Ariſtoteles. Prorſus id eſt quod vulgo excuſationis gratia dicere ſolemus, quando verba facientem interloquimur, *Sans interrompre voſtre propos:* vel, *De voſtre propos vous ſouuienne.* Sic mox, εὖγε ὅτι μὲ ὑπεμνήσας, illud eſt quod dici ſolet, *A propos de cela.* eadem ratio illorum, καὶ ὃ παρέλιπον. nam qui illa verba loco ſuo mutant, & locum illum tranſpoſitione opus habere arbitrantur, næ illi toto, quod aiunt, cœlo errant. Elegantiſſimè ſanè Theophraſtus omnes loquendi anſas recenſet, quas homines loquaces captare ſolent, vt cum aliquo ſaltem prætextu loquentem poſsint interpellare, &, vt veteres loquebantur, obacerare. In Sapientiæ libro cùm alia præclarè, tum hoc iunioribus nunquam obliuiſcendum, πρὶν ἢ ἀκοῦσαι μὴ ἀποκρίνου, καὶ ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρέμβαλλε ῥῆμα. *Ne reſpondeas priuſquam audieris, & in alterius ſermonem verbum nullum interiice.*

καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα.) Ne hoc quidem temerè ponit auctor: nam quod putet aliquis, fuiſſe leue intrare in ludum literarium, id verò Atheris crimen capitale fuit. Lege enim Solonis pœna capitis fuit conſtituta, ſi qui ludum literarium aut palæſtram, dũ ibi erant diſcipuli, ingrederetur. quod cur à caſtiſſimo viro fuerit ita conſtitutum, non eſt difficile diuinare. Hanc igitur in legem committit iſte, & dum garrire cupit, fraudem capitalem admittit. Adi Æſchinem contra Timarchum. Sed

videtur ei legi postea derogatum, vel contraria lege, vel vsu ipso & contraria consuetudine: quod ex multis dialogorum Platonis locis licet intelligere. Vel Lysidem vide.

προμανθάνειν ταῦτα.] Scribendum προσμανθάνειν Attica consuetudine, pro simplici μανθάνειν. Sic apud Aristophanem Vespis.

τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις.] Chiasmus est: nam παιδοτρίβαι ad παλαίστρας refertur: διδάσκαλος ad διδασκαλεῖα. Aeschines in Timarchum, καὶ τοὺς διδασκάλους τὰ διδασκαλεῖα, καὶ τοὺς παιδοτρίβας τὰς παλαίστρας ἀνοίγειν. Porrò παιδοτρίβης vertimus *corporum exercitator*, cum Latinis scriptoribus: nam qui *lanista* vertunt (in his est vir eruditissimus Demosthenis & Aeschinis interpres) ij neque Græcam neque Latinam vocem intellexerunt. Possis & *gymnasiarchum* dicere, qua voce vsus & Cicero: γυμνασιάρχης autem & παιδοτρίβης sæpe pro eodem ponuntur. vide Aeschinem. Item γυμναστὴς & σωμασκητής. Itaque Pythagoras quidam Laertio σωμασκητὴς dicitur, Plinio *exercitator* ἁπλῶς.

Pag. 24. *καὶ τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας.*) Hoc etiam ἀδολέσχῃ conuenit: Horatius,

Nil respondebam. miserè cupis, inquit, abire,
Iamdudum video; sed nil agis: vsque tenebo,
Persequar.

τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντός ποτε γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην.] Notabis verborum traiectionem quæ ambiguitatem parit: nam & cum μάχην verba illa τοῦ ῥήτορος iungi possunt: & cum Ἀριστοφῶντος: quod malo: & ita accipio τοῦ ῥήτορος γενομένην ποτὲ μάχην. Traiectio est vt diximus, quod σχῆμα mirum quàm

sit fre

ſit frequens cùm apud alios veteres Atticos, tum imprimis apud Ariſtotelem, ex quo pauca animi cauſſa libet hîc annotare. Hiſtoriarum libro tertio, de aorta vena loquens, νευρώδης, inquit, ἐστὶ φλέψ. τὰ μὲν τελευταῖα καὶ παντελῶς αὐτῆς. hoc eſt, τὰ μὲν τελευταῖα αὐτῆς, καὶ παντελῶς. In quinto, de genere malacoſtracorum loquens, ὀχεύεται δὲ ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ ἔαρος. pro ὀχεύεται πρὸς τῇ γῇ ἀρχομένου ἔαρος. Eodem, γίνονται δὲ χάδονες οὐκ ἐν τῷ ἔαρι τούτων, ἀλλ' ἐν τῷ μετοπώρῳ. In tertio De partibus, τοῦ μὲν ἄνω καὶ κάτω, ἐν τοῖς μᾶλλόν ἐστιν ἄνω. eleganter: ſed obſcuriuſculè pro ἐν τοῖς ἄνω μᾶλλόν ἐστιν. Item illud in eodem, τοῦτο γὰρ μᾶλλόν ἐστιν ἀξιόπιστον ἀκοῦσαι λεγόντων, ἢ τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν ὡς ἀποκοπεῖσα φθέγγεται τῶν ἀνθρώπων. & alibi locis ſexcentis: ſed & apud Ciceronem quoque ſimiles traiectiones locis non paucis obſeruare lector diligens poterit: quas videas ſæpe doctos viros ſuis παραδιορθώσεσιν immutare. Verùm ad rem. Ἐπ' Ἀριστοφῶντος non eſt, tempore Ariſtophontis, vt putarunt interpretes: ſed id quod expreſſimus. Fuiſſe autem archonta Ariſtophontem anno tertio olympiadis centeſimæ duodecimæ, certum ex Bibliotheca Diodori. Intelligit inclytã illam pugnam ad Arbela pugnatam: quam etſi conſtat priore anno contigiſſe prætore non Ariſtophonte, ſed Ariſtophane: nihilominus tamẽ vulgus Athenienſium anno illi, qui Ariſtophontem prætorem habuit, illam aſcripſit: vel quia reuera cædes Darij, in quo erat victoriæ ſumma, in annum illum incidit: ſicut Arrianus ait: vel quia, vt diſertè notat Diodorus, cùm eius victoriæ fama in Greciam peruenit, iam archon erat Ariſtophon:

quod etiam Dionyſius Halicarnaſſeus in epiſtola ad Ammæum docet. Ariſtophon verò iſte qui fuerit, & cur oratorem illum appellet, vel mediocriter in hiſtoria Græca verſati ſcire debent: vixit enim Athenis æqualis Demoſtheni: ac pene in dicendi facultate par, ſi quidem ipſius Demoſthenis teſtimonio ſtare volumus. Meminêre locis pene infinitis & Demoſthenes & Aeſchines: itémque Plutarchus, Athenæus, alij, quorum teſtimonia nihil attinet huc congerere. Hæc vera eſt, vt quidem cenſeo, iſtius loci interpretatio. Poteſt tamen etiam ſine traiectione accipi: vt nimirum intelligatur nobilis illa controuerſia quæ fuit inter ſummos oratores, Demoſthenem & Aeſchinem: quod iudicium conſtat fuiſſe factum cùm eſſet prætor Ariſtophon: quamuis multo antè fuiſſet poſtulatum: nam decem ipſis annis priùs hanc multam Aeſchines à Cteſiphonte petierat Charonda magiſtratu. auctor Plutarchus. Hanc interpretationem ſi veram putarem, dicerem τῶν ῥητόρων reſcribi debere: nũc in priore & lectione & interpretatione acquieſco.

καὶ οὓς ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν, εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ.] Senſum expreſſit, qui diligenter cogitanti videbatur eſſe cõmodiſſimus. Sunt qui aliter longè accipiant; & αὐτὸς ad Lyſandrum referant: εὐδοκιμήσας autem, vertant *re bene geſta*: vt dicam libere quod ſentio, errant.

ἢ μεταξὺ καταλυπόντας.] Μεταξὺ poſitum pro μεταξὺ λόγων, vel λέγοντα: aut etiam λεγομένων, vt in Luciani Philopſeude, μεταξὺ λεγομένων ἀπιὼν, ᾠχόμην.

Pag. 25. καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα.] A. Gellius de lin

de linguosis istis, libro primo, *Quorum lingua,* ait, *tam prodiga infrenisque sit, vt fluat semper æstuëtque colluuione verborum teterrima: quod genus homines à Græcis significantissimo vocabulo* λάλοις *appellatos.* Ibidem ait, importunos istos locutores *verbis humidis & lapsantibus diffluere.* quæ vim verborum Theophrasti aptissimè exprimunt. Persius paullo aliter cùm ait,

---summa delumbe saliua
Hoc natat in labris: & in vdo est Mœnas & Attin.

Bellè olim comicus qui dixit,

τοῖς γὰρ λάλοισιν ἐξ ἄκρου
ἡ γλῶττα πᾶσίν ἐστι τετρυπημένη.

Porrò quòd lingua dicatur in humido esse, faceta quædam videtur esse ratio, cur ex ea sermones semper manent: nam semina in loco humido posita, non possunt non germinare. Legimus in hieroglyphicis Aegyptiorum, hydriam illis aliquando linguam denotasse: caussam ita explicat Orus: ὅτι διὰ παντὸς ἐν ὑγρῷ ὑπάρχουσαι ταύτην καὶ γενέτειραν τοῦ εἶναι καλοῦσι.

τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος.] Prouerbium est, χελιδόνος λαλίστερος. Est enim hirundo garrularum & κωπιλῶν auicularum: imò verò λάλος μᾶλλον ἢ ἄλλη ὄρνις, inquit Arrianus, libro primo. Alij tamen aliter prouerbium efferunt: vt τέττιγος λαλίστερος: sicut apud Anacreontem. vel τρυγόνος λαλίστερος, vt notat Eustathius. vel etiam, ἀηδόνος λαλίστερος: quò allusit Plautus Bacchidibus, initio. Alexis in Thrasone,

---σὺ δ' ἐγὼ λαλιστέραν

Οὐ πώποτ᾽ εἶδον, οὔτε κερκώπην γυναῖ,
Οὐ κίτταν, οὐκ ἀηδόν᾽, οὐ τρυγόν᾽, οὐ τέττιγα.

extat hic locus apud Athenæum, libr. quarto, ſed mutilus. ita autem legendum vt ſcripſimus, ex membranis & veteribus grammaticis.

ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν.] Deprauatum hunc locum ita (ſed non niſi arbitrario iure) conſtituimus, ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενα κελεύῃ, λέγοντα ἅττα λαλεῖν τι ἡμῖν. Eſt hoc garrulitatis cuiuſdam ſummæ indicium, ſi paterfamilias ferat æquo animo rogari ſe à ſuis pueris, (ſiue de liberis accipias, ſiue de vernulis) vt ſibi ſomnum captantibus aſſideat, & fabellas narret: quo nimirum poſſit ipſis audientibus ſomnus obrepere. Enimuero vix dupondia nutrix alumni ſui paullo adultioris tales delicias ferat. Atqui proprium hoc tamen illarum eſt munus: idq́ue cùm faciunt βαυκαλίζειν, vel βαυκαλᾷν Græcis dicuntur. Heſychius, βαυκαλᾷν, καταλᾷν κοιμίζειν, τιθηνεῖν, παιδία μετ᾽ ᾠδῆς κοιμίζειν. dixerunt & βαυβᾷν pro eodem, vt & Euſtathius & Heſychius docent. cùm tamen apud Latinos aliud longè ſit *baubari*, quod canibus propriè tribuitur. Hinc dictæ καταβαυκαλήσεις cantilenæ nutricum, quibus cantandis ſomnum pueris conciliant: apud Athenæum libro XIIII. item νωύνιον pro eodem. vide Heſychium. *Næniam* Latinè poſſis dicere: veteres enim grammatici ad illud Horatij,

Dicetur merito mox quoque nænia,

næniam interpretantur carmen ſoporiferum & ſomnolentum. Arnobius libro VII. *ſomno occupari vt poſsint, lenes audiendæ ſunt næniæ.* Apud Perſium & ex Perſio Hieronymum, *lallare* pueri dicun

ri dicuntur quos nutrix καταβαυκαλᾷ. Sic apud Græcos quoque λάλα fuit παιδικὸν ἐπίφθεγμα, vt apud Lucianum in Philopseude. Exemplũ næniæ istiusmodi habetur hoc in Theocriti Heraclisco, quod propter suauitatem ipsius non parcam ascribere. Ibi igitur mater cunas mouens ita gemellos suos καταβαυκαλᾷ.

Εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον,
Εὕδετ' ἐμὰ ψυχὰ, δύ' ἀδελφεὼ, εὔσοα τέκνα,
Ὄλβιοι εὐνάζοισθε, καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε.

Meminere amplius harum cantilenarum, quibus vsæ olim nutrices, Quintilianus lib. 1. cap. x. Ælianus in historia Animalium, Tertullianus & Nonnus 111. Dionysiacorum. Vt redeã ad verba Theophrasti, vulgata lectio καθεύδειν βουλόμενον, de ipso garrulo esset intelligenda; qui volens ire cubitum, occasionem garriendi somno anteponat, sed qui hanc scripturam tuentur, non animaduertunt sequentia verba, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ, quæ nostræ correctioni meliùs conueniunt.

λαλεῖν τι ἡμῖν.) Debuerat dicere αὐτοῖς; ita enim postulabant præcedentia: sed mutauit rationem orationis, sicut sæpe fit ab optimis scriptoribus. & est breuis quasi προσωποποιΐας, vel μιμήσεως species. Scholiastes Pindari, μετάστασιν τοῦ λόγου solet appellare: Longinus, λόγου μετάβασιν. eum vide.

Ad caput περὶ λογοποιΐας.

Ἡ δὲ λογοποιΐα.) Vide ad caput περὶ ἀδολεσχίας, Nos *famigerationem* Latinè dicimus: & hominem, λογοποιὸν, *famigeratorem*, vt in Trinummo Plau

Plautus. Is planè eſt quem vulgò appellamus *forgeur de nouuelles*. hoc eſt, nouorum rumorum, quos Demoſthenes λόγους ματαίους vocat, fictores, ſiue, vt cum Plauto dicam, *geruliſigulos*. Sanè Impp. in extremo Codice *gerulum nuntiorum* appellant, qui noui aliquid nuntiat: iſti autem non nuntiant tantùm, ſed etiam fingunt: quare ſi placet geruliſiguli dicantur. Ammianus Marcellinus *rumigerulos* nuncupat. Seneca *ſermones geſtare* dixit pro λογοποιεῖν, epiſtola CXXIII. *Peſſimum*, ait, *genus hominum videbatur qui verba geſtarent. Sunt quidam qui vitia geſtant.* Demoſthenes λόγους πλάττειν in Philippicis. Οἱ δ᾽, inquit, λόγους πλάττοντες ἕκαστος περιερχόμεθα. Hoc porrò genus hominum multum fuiſſe olim Athenis, certiſſimum eſt: eius enim rei teſtem habemus omni exceptione maiorem D. Lucam in Actis. cui concinit, vt mox indicabimus, multis locis Demoſthenes, teſtis & ipſe locupletiſſimus. Notum eſt quod ſcribit Cæſar de veteribus Gallis ſuper hoc nouorum rumorum aucupio. ſed & Romanis vitium idem ſcriptores ipſorum obiiciunt: quorum princeps Iuuenalis, ſatyra VI. de nobilibus mulieribus loquens:

Inſtantem, ait, *regi Armenio, Parthóque cometen*
Prima videt: famam, rumoréſque illa recentes
Excipit ad portas: quoſdam facit iſſe Niphaten
In populos, magnóque illic cuncta arua teneri
Diluuio, nutare vrbes, ſubſidere terras,
Quocunque in triuio, cuicunque eſt obuia, narrat.

Pag. 25.

Pag. 25. καταβαλὼν τὸ ἦθος.] Accipe hîc τὸ ἦθος vt sæpe apud Græcos, maximè apud Aristotelem, pro eo quod Latinis est *os* vel *vultus*: quam vocem censuit M. Tullius Græcè dici non posse. Illi sanè pro eo dicunt sæpe ἦθος, aut τὸ ἐπὶ προσώπου ἦθος, vel τὸ ἐπιφαινόμενον ἦθος. Inde illa apud Aristotelem in Physiognomonicis, κατὰ τὰ ἤθη φυσιογνωμονεῖν, & ἐκ τῶν ἐπιφαινομένων ἠθῶν. Plutarchus in Alexandro magis propriè τὰ περὶ τὴν ὄψιν εἴδη, οἷς ἐμφαίνεται τὸ ἦθος. Suspicor autem μεταβαλὼν legendum, non καταβαλών. Sic dixit Aristoteles in eodem eleganti libello, τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου μεταβαλεῖν: quod paullò antè dixerat, κατὰ χρόνους τινὰς τὰ ἤθη οὐ τὰ αὐτὰ ἀλλ' ἑτέρων ἔχειν. Contrarium est apud Plutarchum in Agide, καθιστάναι τὸ πρόσωπον: & in eiusdem Demetrio συνεστῶτι προσώπῳ προσιέναι. Si cui magis arrideat vulgata lectio, καταβαλὼν, aut minima mutatione καταβάλλων τὸ ἦθος, erit, *mores suos & ingenium expromens.* id enim interdum est καταβάλλειν, proferre in medium & prodere. Inde λόγον καταβάλλειν apud Plutarchum in Fabio. Darius in epistola ad Heraclitum, Καταβέβληκαι λόγον χαλεπὸν περὶ φύσεως. Scholiastes Pindari, πολλαὶ περὶ τοῦ Κινύρου καταβέβληνται ἱστορίαι. Sic apud Aristotelem, πολλοὶ καταβέβληνται λόγοι. Quid si tamen καταβαλὼν τὸ ἦθος exponamus, *demisso vultu*: hoc est ad seueritatem de industria composito. quod qui faciunt, oculos deiiciunt; atque id propriè est καταβάλλειν.

καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν.] Variè exponi potest hic locus: estque similis illi Lucæ in actis de Petro. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. de quo lege Theophylactum.

μὴ λέγεταί τι καινότερον.] Diuus Lucas, Actorum capite XVII. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. Hanc leuitatem suis ciuibus sæpe exprobrat Demosthenes. In ea oratione qua respondet epistolæ Philippi, Ἡμεῖς δὲ, inquit, εἰρήσεται γὰρ τ' ἀληθὲς, οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα, μέλλοντες ἀεὶ, καὶ ψηφιζόμενοι, καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν, εἴ τι λέγεται νεώτερον. Similis querela in secunda Olynthiaca: item in tertia. Plutarchus Περὶ πολυπραγμοσύνης, Οἱ δὲ πολυπράγμονες φεύγοντες τὴν ἀγροικίαν, εἰς τὸ βῆμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένας ὠθοῦνται, Μή τι καινόν; &c.

εὐωχήσειν καινῶν λόγων.) Vsitatius, καινοῖς λόγοις, vt apud Athenæum in sexto, & Maximum Tyrium, atque alios: verùm ita magis Atticum. Plato De republica, libro primo, Εὐωχοῦ τοῦ λόγου, ἔφη, θαρρῶν. sic ἑστιᾶν καινῶν λόγων καὶ σκέψεων, initio noni eiusdem operis. & cum tertio casu similiter, αἱμορρφύρτοις ἑστιώμενος μάχαις, apud Lycophronem de Marte. Affinis locutio cui respondet φαγεῖν ῥήματα apud Aristophanem in Gerytade, vt in Aulularia Plauti *comedere sermonem*. & τὰ λεγόμενα καταπίνειν, quod vulgo solitum dici ait Chrysippus apud Galenum, libro tertio De dogmate Hippo. & Plat. & alia id genus multa.

καὶ ἔστιν αὐτῷ ὁ στρατιώτης.] Hic est mos mentientium, vt falsiloquiis suis, vel iureiurando fidem adstruant, vel testium quos nemo requirit, laudatione, vel circunstantiarum adiectione. Quintilianus declamatione XVIII. *Necesse est contentiosius loquaris quod probare non possis: & affirmationem sumit*

ex ho

ex homine, quicquid non habet ex veritate. Eleganter Æſchines de Demoſthene loquens, Περὶ παραπρεσβείας· Ἡγεῖται δὲ, inquit, ὅταν τι ψεύδηται, τῶν λόγων, ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν· καὶ τὰ μὴ γεγενημένα οὐ μόνον ὡς ἔστι λέγει· ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ φησι γενέσθαι. καὶ προστίθησι τινὸς ὄνομα πλασάμενος ὃς ἔτυχε παρών, μιμούμενος τοὺς τἀληθῆ λέγοντας. Sic ſcribendus eſt locus hic Aeſchinis elegantiſſimus: quo cùm eſſe nihil queat apertius, miror, interpretem doctiſſ. tam infeliciter hîc eſſe verſatum. Tale illud etiam capite vltimo, καὶ προστιθεὶς πλαστὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα.

Λύκων ὁ ἐργολάβος.] Puto ea ætate notum magis quàm nobilem Athenis fuiſſe Lyconem iſtum: qui vel manceps erat & redemptor certarum rerum publico præſtandarum: vel ſimpliciter artifex operas locare ſolitus. nam interdum ἐργολάβος eſt relatum τοῦ ἐργοδότης. & ſignificat idem ac χειροτέχνης. Artemidorus libro primo ἀνδρὶ χειροτέχνῃ ἀγαθόν· πολλῶν γὰρ ἀκούσεται ἐργοδοτῶν.

αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσι.) Λόγων ἀναφορὰ eſt auctoris laudatio, à quo te audiuiſſe dicas: id enim eſt ἀναφέρειν. Plato in Apologia, εἰς ἀξιόχρεων τὸν λέγοντα ἀνοίσω. Alio ſenſu vtitur hac voce idem Theophraſtus, in libello De odoribus, cũ ait, ἐν ἀμφοῖν γὰρ δῆλον ὡς ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον καὶ τέλειον ἐστὶν ἡμῖν ἡ ἀναφορά· πᾶσα γὰρ τέχνη στοχάζεται τούτων. Sic emendamus hunc locum in volgatis codicibus deprauatum, neque à magno Turnebo reſtitutum. Quis neſcit vel tantillum in philoſophia Ariſtotelis & Theophraſti verſatus, bonis artibus finem duplicem eſſe propoſitum? vt vel emendent naturæ

peccata, vel inchoatam illam & imperfectam adiu-
uent, atque perficiant?

Pag. 27. ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαθέσθαι.] hoc est,
quorum nomina nemini possint excidisse, vel, *esse inco-*
gnita. Hæc sententia ferri potest: mihi tamen ma-
gis probabatur ἐπιλαβέσθαι: quod significat coar-
guere & reprehendere. Herodotus libro II. ἐπε-
λαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ παιδός. Francoceltæ, *se prendre à*
quelcun. Igitur mens erit, solere τὸν λογοποιόν, eiuſ-
modi auctores eorũ quæ dicat laudare, quibuſcum
agere nemo possit, qui velit ipsos mendacij con-
uincere. Quomodo autem? quia vel fingit penitus
suos auctores, vel ad quosdam refert ita ignobiles
& paucis notos, vt etsi nomen scias, tamen ἔργον sit
eos reperire. Sanè nihil æquè reformidant famige-
ratores isti, quàm ne vsque ab stirpe exquiratur
auctoritas, vnde quicque auditum dicant. quare
hoc ne fieri possit, cauere diligenter solent. Aeschi-
nes: Οἱ ἀλαζόνες ὅταν τι ψεύδωνται, ἀόριστα καὶ ἀσαφῆ
πειρῶνται λέγειν, φοβούμενοι τὸν ἔλεγχον. appellat ora-
tor ἀλαζόνας, homines mendaces & vanos: sic enim
Athenienses eam vocem vsurpabant, vt notat
scholiastes Aristophanis: & ἀλαζονεύεσθαι eisdem est
mentiri.

ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεύς.] Etiam hîc memi-
nisse lectorem velim eius quod alibi diximus: quæ-
cunque hoc libro continentur, ea non ficta esse ab
auctore exempla: sed è vita quotidiana desumpta:
& ex iis quæ verè facta dictáue essent, hunc librum
esse concinnatum. Hoc posito iam pene annum il-
lum inuenimus quo liber iste à Theophrasto est
scriptus. Non enim dubitare debemus exempla il-

la falſorum rumorum, quæ hoc capite habentur, illis temporibus eſſe accommodata, quibus hæc ſcribebantur. Quare ſtatuamus audacter, non longè ab Olympiade decimaquinta hæc ſcripta fuiſſe: quando neceſſe omnino eſt vt falſus hic rumor, qui iſtis verbis continetur, ſub finem eius Olympiadis fictus, & per Athenas ſparſus ac diſſeminatus fuerit. Referendum enim iſtud eſt ad breue illud tempus quo Polyſperchon regnum Macedoniæ, tanquam tutor regiæ ſobolis, adminiſtrauit. Functus eſt eo munere primus poſt obitum Alexandri, Perdiccas: deinde Pitho & Arridæus, cùm in Aegypto Perdiccas periiſſet: poſtea ad Antipatrum ea cura eſt delata, coactis Pithone & Arridæo ſeſe adminiſtratione omni abdicare. Tandem poſt Antipatri obitum, & cura illa ſiue tutela, & totius regni Macedonici ſumma ad Polyſperchontem ex ordinatione Antipatri morientis peruenit: non ſine magna Caſandri, qui fuit Antipatri filius, indignatione. vnde illæ tantæ inter ipſum & Polyſperchontem inimicitiæ: nec inimicitiæ ſolùm, ſed bella etiam ſæuiſſima: de quibus habes apud Iuſtinum, Oroſium, imprimis verò Diodorum, libro duodevigeſimo.

καὶ ὁ βασιλεύς.] Arridæus, Alexandri magni frater, homo *εὐήθης*, nec minùs tutoris quàm liberi Alexandri indigens. Regnauit in Macedonia annos ſex & menſes aliquot, eſtque de patris nomine, Philippus appellatus. De eodem accipienda, quæ Plutarchus narrat in Phocione extremo.

καὶ πάντα συμφαγεῖν.] Scribendum, *πάντας συμφαγεῖν.*

καὶ πολὺ τὸν ζωμὸν γεγονέναι.] Hæc eſt lectio quæ in veteribus membranis reperitur, vt docti homines teſtantur: at in recentioribus libris eſt φόνον pro ζωμόν. Valeat verò hîc vetus dictum, *Quod antiquius, id melius.* Vera enim lectio & germana eſt ζωμὸν non φόνον. Eſt autem tranſlatio, è triuio quidem, imò è culina petita: ſed quæ illi non malè conueniat, cuius hîc ſuſtinet auctor perſonam: addo etiam quæ ſordida ſit potiùs quàm inepta: rem enim ipſam aptè ſic ſatis exprimit. Sic dixit Latinus comicus, *fartum facere ex hoſtibus:* tranſlatione è culina itidem petita. vnde & μαγειρεύειν manauit, quo veteres vſi pro occidere, teſte B. Hieronymo. Affine eſt apud Euripidem in Rheſo, πέλανος αἱματηρὸς, *libum*, vel *placenta ſanguinolenta*, de ſtrage magna hoſtium: & apud Ariſtophanem περίκομμα ποιεῖν ἐκ τινός. Amat Theophraſtus, ſicut & comici, eorum quos loquentes introducit, ineptias & inelegantes elegantias retinere. Profectò niſi ego vehementiſſimè fallor, vox ζωμὸς, non eſt imperiti librarij partus, ſed ingenuus αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ. Idem ſentio de voce χλάδος capite περὶ μικρος λογίας.

τῶν ἐν τοῖς πρ.] Demoſthenes etiam τοὺς ἐπὶ τοῖς πράγμασι pro magiſtratibus interdum dicit: vel ἐν τοῖς π. nam vtrunque vſurpat.

Pag. 28. *καὶ πάντα διεξιών.*] Malim καὶ ταῦτα δι. emendauimus autem quæ ſequuntur: & illud πῶς οἴεσθε, interrogatiuè, διὰ μέσου legimus, vt paſſim apud Atticos. cui ſimile eſt πῶς δοκεῖς, quod & ipſum ſolet venuſtè interiici. Exempla paſſim obuia: vt mirum ſit offendiſſe in tam plana via, & tam clara luce, doctos homines. Eſt tamen vbi aliter

ter hæc verba collocentur. Themistius oratione nona, δι' αἰσχύνην περίεισι πολλάκις τὸν βίον· πῶς οἴει θρηνοῦσι τὴν ἀβουλίαν; πῶς οἴει στένουσι τὴν χρηστείαν; atque hoc minùs est vsitatum.

πιθανῶς χειλιάζει.] Scitum est enim illud Demosthenis apud Plutarchum, Μέγα πρὸς πίστιν ὁ τόνος καὶ ἡ ὑπόκρισις τῶν λεγόντων. *Plurimum ad fidem momenti habet vocis tenor, & ipsa dicentis actio*, neque hoc prætermittunt dicendi magistri. Persius,

Plorabit qui me volet incuruasse querela.

ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης.] Interpretes videntur ἐνθυμοῦ legisse: sed si ἐνθυμῇ interrogatiuè legas, nihil erit cur hæc lectio mutetur. Plautinus Hegio Capteiueis.

Sed viden'? Fortuna humana fingit, artátque vt lubet.

Notum est illud Sophoclis, Τύχη γὰρ ὀρθοῖ, καὶ τύχη καταῤῥέπει. & Terentij, *O fortuna, vt nunquam perpetuò es bona!*

ἀλλ' οὐ ἰσχυρὸς γενόμενος.] Lego, ἰσχυρός γε γενόμενος. Est simile illi apud Sophoclem, Οἵας λατρείας, ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφ. & Nasonis,

Cernite sim qualis, qui modo talis eram.

Valet hic locus ad excitandam misericordiam mirum quantum: nihil enim est tam miserabile quàm ex beato miser. Marcus Tullius De inuentione primo, *Primus locus est misericordiæ, per quem, quibus in bonis fuerit, & nunc quibus in malis sit, ostenditur.* Græci magistri ἐκ τῶν ἐναντίων αὔξησιν vocant. & esse μέγιστον τόπον αὐξήσεως docent. Tale illud in Menæchmis,

Heu hercle morbum acrem ac durum! dij vestram fidem,

Vel hic qui insanit, quàm valuit paullo prius! Cicero exul Attico, *Possum obliuisci qui fuerim, non sentire qui sim?* Græci hoc solent diceres, ἐξ οἵων εἰς οἷα, quod alibi monebamus. Basilius magnus loquens de inuidia : καὶ εὐθυμοῦντι μὲν οὐ συνευφραίνεται, ἀδυρομένῳ δὲ συνδακρύει, καὶ τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου ἐξ οἵων εἰς οἷα μεταπέπτωκε κατοικτίζεται. & sic alibi vir ille sanctissimus non semel. Apud Aristotelem tamen in Rhetoricis Iphicrates dicens ἐξ οἵων εἰς οἷα contrarium potiùs significabat : non enim misericordiam iis verbis captabat : sed laudes suas amplificabat, vt idem philosophus alio loco eiusdem operis declarat. quod hîc obiter dixisse liceat.

τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες.] Cùm omnia nostra dicta factaque ad certum aliquem finem referri debeant, miror, inquit Theophrastus, quid sit illud quò tendant οἱ λογοποιοῦντες. est autem nullus, honestus quidem, finis ipsis propositus : ideo Demosthenes, ἀνοητότατοι inquit οἱ λογοποιοῦντες. verissimè & prudentissimè. Tales enim sunt omnino illi λογοποιοὶ de quibus loquitur hîc Theophrastus, & qui propriè sic dicuntur. Nam quibus λογοποιΐα teli instar est ad aliquid efficiendum : ij iam λογοποιοὶ propriè dici non possunt, neque fine carere. Summos duces hoc vaframento sæpe vsos legimus, vt didito aliquo rumore falso, & à se confìcto, victoriam de hostibus reportarent. Vtuntur aliquando & mercatores simili faude. Quare ait Lysias fieri solitum sæpius Athenis, vt sitonæ, quò impunitiùs annonam flagellarent, falsa quædam comminiscerentur, & in vulgus spargerent. οὕτω δὲ ἅσμενοι, ait, τὰς συμφορὰς τὰς ὑμετέρας ὁρῶσιν, ὥστε τὰς μὲν πρότεροι

τῶν ἄλλων πυνθάνονται, τὰς δ' οὗτοι λογοποιοῦσιν· ἢ τὰς ναῦς ἐφθάρθαι τὰς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκπλεύσας συνειλῆφθαι, ἢ τὰ ἐμπόρια κεκλεῖσθαι, ἢ τὰς σπονδὰς μέλλειν ἀπορρηθήσεσθαι. De iſtis, & his ſimilibus non ſentit Theophraſtus.

ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι.] Non ſolùm ἀλυσιτελῶς, ſed etiam, vt arbitror, κινδυνωδῶς. Exiſtimo enim fuiſſe nonnunquam Athenis in homines λογοποιοὺς publicè animaduerſum. Indicant non obſcurè Plutarchi illa in extremo Nicia de eo qui primus per vrbem diffudit cladis Siculæ nuncium. ὡς γὰρ, inquit, ἐρωτώμενος παρ' οὗ πύθοιτο, σαφὲς οὐδὲν εἶχε φράζειν, δόξας λογοποιὸς εἶναι, καὶ ταράττειν τὴν πόλιν, εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς, ἐστρεβλοῦτο πολὺν χρόνον.

περιστάσεις ποιούμενοι.] Sic ſuprà, περιΐστασθαι τοὺς ὄχλους, in Περὶ ἀπονοίας. Inde dicuntur περίστατοι; qui corona hominum cinguntur, vt apud Iſocratem θαυματοποιΐαι περίστατοι. Etymologici auctor, Περίστατοι, περίβλεπτοι. ἐφ' οἷς ἄν τις στὰν βουλόμενος θεάσασθαι. Cæterùm obſerua mihi iſto loco ſtultam huius hominis temeritatem: qui vt vitio naturæ ſuæ obſequatur, cœtum & concurſum facere non veretur. Atqui conſtat, legem Athenis fuiſſe quæ pœnam capitis in eos ſtatuebat, qui hominum turbam ad ſe cõuocaſſent. Auctor Seneca pater, quem vide libro III. Controuerſiarum, VIII. Hanc etiam puto cauſſam eſſe, cur & hîc & in ſimili loco, capite περὶ ἀπονοίας, tam citò diſſipetur qui conuenerat globus hominum.

τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασι.] Furto nimirum ſubrepta, à furibus balneariis: à quibus olim ne tum quidem recte caueri poterat, cùm maximè cauebatur:

tam multi erant, tam improbi. Propterea coacti veteres seruos habere qui vestes in balneis seruarent: Græci ἱματιοφύλακας vocant, Latini *capsarios*, vt apud Paulum Iurisconsultum. Morte plectebantur apud Athenienses fures balnearij si rei furtiuæ æstimatio erat ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, ait Demosthenes contra Timocratem. vide Aristotelis Problemata, & Iurisconsultos.

πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες.] Hoc est, νίκας λέγοντες καὶ διηγούμενοι sicut apud Aristotelem multis locis, οἱ γεννῶντες τὸν οὐρανὸν, pro eo quod est οἱ λέγοντες τὸν οὐρανὸν εἶναι γεννητόν. Poëtis hæc figura dicendi admodum familiaris. vt cùm dicitur Lycophroni Capaneus Thebarum muros στερρᾷ δικέλλῃ βουσκαφῆσαι, *valida ligone subruisse*, hoc est, prorupisse ad subruendum. nam ille quidem nihil quicquam effecit. Simili elegantia dixit Liuius libro XLIV. *In omnibus circulis, atque etiam, si diis placet, in conuiuiis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.* Ita etiam dicuntur historici eos occidere quorum cædem narrant: quale illud est elegantissimè dictum à Plutarcho de Ctesia, qui Cyri interitum longa verborum ambage narrauerat, & quasi fabulam in varios actus distraxerat. Τοιοῦτος μὲν, inquit, ὁ Κτησίου λόγος, ὥσπερ καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ, μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνῄρηκε. Planè miror lapsos hîc esse doctos homines tã fœdè. nam quis adeo in litteris hospes & peregrinus, cui non sint hoc loquendi genere tritæ aures?

Pag. 29. ἐρήμους δίκας ὠφλήκασι.] Hoc ipsum notat Horatius in descriptione garruli,

---casu tunc respondere vadato
Debebat, quod ni fecisset, perdere litem.

nam ille mauult perdere litem quàm Horatium relinquere. Fuit autem eremodicij pœna apud Athenienſes grauiſſima. Nam ſi reus qui iudicio non ſtiterat, abſentiam ſuam excuſare non poſſet, neque ad purgandam moram diem aduerſario diceret (quod ἀντιπλαχεῖν vel ἀντιγράφειν τὴν μὴ οὖσαν, vocabatur, & intra decem dies erat præſtandum) mille drachmæ aduerſario ſoluendæ erant. quod ſi idem fruſtrari pergeret, locus erat τῇ ἐξούλης δίκῃ, vel potiùs γραφῇ, & multa publico pendenda.

εἰσὶ δ' οἱ καὶ πλεῖστοι λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν.] Quid αἱροῦντες? dicat aliquis intelligi extrinſecus χωρία vel πόλεις. Logi: & quidem Siculi, nō Attici. Locus tranſpoſitione literarum corruptus; atque id iam olim: nam Palatinorum codicum lectio nihil edita melior eſt. Scribendum aio, εἰσὶ δ' οἱ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες. Sic Plautus Milite,

Poſtea cum magnifico milite, vrbes verbis qui inermis capit,
Conflixi.

Falluntur qui aliter futuram orationem Græcam putant. Hoc primum. iam illud κατὰ κράτος αἱρεῖν πόλιν, eſt propriè quod ait Saluſtius, *vi pugnandóque capere.* nos Frācoceltæ, *d'aſſaut.* Apud Plutarchū in Catone Vticenſi, πόλις οὐ κατ' ἄκρας ἁλώσιμος, vrbs quæ munitior eſt, quàm vt capi inuaſione murorum poſsit. Heſychius, κατάκρας ἑλεῖν, τὸ ἐξ ἐφόδου, καὶ τὸ αἰφνίδιον. Deinde παραδειπνηθῆναι non eſt, vt vulgò putant, *domi cœnare*: quod Martialis dixit eleganter, *affici domicœnio*: non: ſed *cœnam perdere.* Verbum eſt elegans & comicum: quod de eo dici-

tur, quo absente, vel præsente quidem, ſed in garriendo occupato, cœna comeſa eſt, & funus factum prandio, vt cum Peniculo Plautino, qui hanc calamitatem paſſus erat, loquar. Amphis vetus comicus vſus hoc vocabulo, vt notatum olim à doctiſſimo Athenæo, libro decimo: ſic ille, Παραδεδειπνημένος δὲ εἴρηκεν Ἄμφις ἐν Πλάνῳ οὕτως, Παραδεδειπνημένος, παῖδες, πάλαι. Hodie in editis Athenæi codicibus nullum ferè eius obſeruationis apparet veſtigium. nos hunc quoque locum cum aliis infinitis ex veteribus membranis emendauimus. Næ ille auctor eruditiſſimus multum aliquando nobis debiturus eſt, ſi dederit Deus, vt quæ in illum molimur, & pridem orſi ſumus, perficere & detexere queamus. Affine eſt apud eundem Athenæum παρεψωνεῖν.

Ad caput περὶ ἀναισχυντίας.

Η Δὲ ἀναισχυντία ἐστὶ καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους.] Ariſtoteles in Nicomacheis, pudorem definiri ait, φόβον τινὰ ἀδοξίας: & ἀναισχυντίαν eſſe τὸ μὴ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ πράττειν, nec multò ſecus in ſecundo Rhetoricorum. Theophraſtus adiicit hoc amplius, αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους: non quò non ſint aliæ occaſiones cur impudens ſit aliquis, ſed quia hæc maximè vulgaris & quàm plurimis communis. Vulgus enim hominum rumorem parui faciunt, dum ſit rumen qui impleant. veriſſimeque ſummus vates Pindarus, αἰδὼς, ait, ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται. Plato in ὅροις, ita: Ἀναισχυντία, ἕξις ψυχῆς

χῆς ὑπομονητικὴ ἀδοξίας, ἕνεκα κέρδους· vide eiuſdem Hipparchum.

ὃν ἀποστρεῖ.] Cuius propterea conſpectum, ſi micam pudoris haberet, quàm longiſſimè fugere debuit. Scitè & huic loco conuenientiſſimè Euſtathius ad Iliadis ῥαψ. ι. ἀναιδείας eſt χαρακτὴρ, τὸ τολμῆσαι τὸν ἀδικήσαντα ἀντιβλέψαι ἀσκαρδαμύκτως τὸν ἀδικηθέντα. Propterea illo loco de Agamemnone ait Achilles,

--- οὐδ' ἂν ἐμοίγε

Τετλαίη κυνεός περ ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι.

προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης.] Moris fuit veteribus cùm ad conuiuium irent, ſeruum aliquem ſecum adducere, qui hero prandenti pone aſtaret, vel ad pedes, eique præſto eſſet, ſi quid ille imperare vellet: Latini hos ſeruos vocant, *à pedibus*, vel *ad pedes*. Solebant autem illis apophoreta à dominis tradi. Atheneus initio quarti, Καὶ ἕκαστος λαβὼν σὺν αὐτῷ πίνακι, τοῖς κατόπιν διεδίδου παισίν. mendosè enim ibi hodie πᾶσι legunt, & interpretantur. ſic ibidem mox, ἐπεδώκαμεν καὶ ταῦτα τοῖς δούλοις. Lucianus Περὶ αἱρέσεων, de philoſopho qui è conuiuio domum redierat, ἀεὶ θαμὰ παρέλαβε τὰ κρέα ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι παραδεδώκει. Aliàs autem volente & auctore domino conuiuij hæc auferebantur: vt in Cleopatræ conuiuio quod Plutarchus & Athenæus deſcribunt: & in eo Carani, apud Athenæum quarti initio: & omnino in omnibus ſplendidioribus epulis. aliàs non tam vidente eo aut volente, quàm vel conniuente, vel inſcio: quod rectè hîc Theophraſtus inter hominis impudentis notas numerat. Lucillius libro ſecundo epi

do epigrammatum Græcorum, titulo In gluttones,

Καὶ τρώγεις ὅσα πέντε λύκοι Γάιε, καὶ τὰ περισσὰ

Οὐ τὰ σὰ, τῶν δ' ἑτέρων, πάντα δίδως ὀπίσω.

Martialis,

Omnia cùm retro pueris obsonia tradas,

Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Lucianus quoque in Lapithis, siue morosophorum conuiuio, Ὁρᾷς ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι ὀρέγει, λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους, οὐ μεμνημένος τῶν μετ' αὐτόν. loquitur de guloso quodam qui delibans ex iis quę mensæ erant apposita, gratissima quæque, clam aliis, vt sibi quidem videbatur, puero stanti à tergo omnia porrigebat. At is quem Theophrastus hîc describit, cautior est atque ingeniosior: palàm enim puero suo tradit quæ vult auferri, simulans se non ea fini dare, vt domum ad se ille ferat, sed vt iis ipse vescatur: in quo minor erat inuidia. Ideo etiam τίμιον eum appellat: quasi scilicet, non puerum suum & famulum alloqueretur: sed honestum aliquem virum, quem pro iure amicitiæ secum adduxisset: nam id quoque fieri solebat. atque hi sunt quos *vmbras* vulgò vocarunt, & ex Plutarcho, Athenæo, & Latinis scriptoribus notum est. Horatius,

----locus est vel pluribus vmbris.

Εὐωχοῦ τίμιε.] Τίμιε, hoc est, *Domine:* nam vt olim apud Romanos, superiores dignitate ab inferioribus *domini* in congressionibus salutabantur: sic apud veteres Atticos τίμιοι: declarat manifestò Theophrasti hic locus: sed & Euripides quoque Supplicibus,

----πρὸς

---πρός τι γὰρ τῶ δυςυχοῦς

Ὃς εὐτυχήσει Τίμιος γεραίρεται.

& in Hecuba ait idem poëta, plerosque homines insolescere: alium propter opes; alium ἐν πολίταις Τίμιον κεκλημένον. hoc est, *quòd dominus vulgò salutetur.* Postea Romanos imitati sunt Græci, & sese inuicem salutarunt δεσπότας καὶ κυρίοις: quæ vox deinde in κῦρος degenerauit. nam ita citimæ ætatis scriptores. Porrò τίμιος est vir honestus, quæ vox apud Latinos sæpe non ad mores refertur, sed ad dignationem & auctoritatem. Cicero ad Tironem: *Nauigabis cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur.*

εἴ τι χρήσιμον αὐτῷ γέγονε.] Locus leuiter corruptus: scribendum enim χρήσιμος: quomodo & legitur in quibusdam codicibus: & ratio omnino postulat, imò flagitat. χρήσιμος εἶναι τινὶ, est bene de aliquo mereri. Aristoteles in septimo Eudemiorum, Διὸ καὶ οἱ ἐκείνως οἰόμενοι, ἐγκαλοῦσιν, ἐὰν μὴ ὁμοίως εἰσὶ χρήσιμοι καὶ εὖ ποιῶσι. Qui amicitiam, inquit, vtilitate metiuntur, de amicis conqueri solent, si minus beneficiorum ab iis acceperunt, quàm ipsi in eos contulerint. Alciphron in epistolis, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐν οἷς αὐτῇ χρησίμη γέγονα, οὐκ ὀνειδίζω. Inde χρηςότης habitus ille dicitur, per quem propensi sumus ad bene omnibus faciendum. Andronicus definit ita, χρηςότης, ἕξις ἑκουσίως εὖ ποιητική.

μάλιςα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὅσου ᾶν εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβαλεῖν] Vt hoc sit auctarium quoddam, vel suprapondium. Latini veteres *manusam* vocabant. Lucillius,

----mantisa obsonia vincit.

Græci

Græci ἐπίδοσιν, vt Polybius apud Athenæum lib. VIII. initio.

καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ κρέα ἀγοράσαι.] Semper iudicauimus vocem κρέα esse corruptam: ac cùm θέαν ex coniectura emendassemus, postea animaduertimus hanc etiam antiquorum manuscriptorum lectionem. Quare nihil certius quàm ita esse legendum. Quid esset apud Athenienses θέαν ἀγοράζειν (Plutarchus pro eo dixit θεωρητήρια ἐκμισθοῦν in Gracchis) quid item θέαν καταλαμβάνειν, neminem puto esse qui ignoret: vide infrà ad caput περὶ βδελυρίας. Iam verò nemini dubium est, quin ex vicinis populis magna frequentia Athenas ventitaret ad ludos spectãdos: quæ turba omnis ferè ex veteri more apud amicos quibuscum ius hospitij esset, diuertebat: ideo ait, τοῖς ξένοις αὐτοῦ.

Pag. 31. ἄγειν δὲ καὶ τοὺς εἰς τὴν ὑστερ.) Lego, ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν. Librarij vocum affinium τοὺς & υἱοὺς alteram omiserunt. Sensus est; Solitum impudentem istum quando cum redemtoribus theatri paciscitur de loco ad spectandum pro suis hospitibus, etiam sibi & suis domesticis consulere. Quomodo autem? de alieno nempe largiendo, fraudémque iis faciendo, pro quibus apud theatropolas intercedit. sic fit, vt cùm aliis omnibus pretio emta sit sedes in theatro, ipse gratis spectet: nec ipse tantùm; sed & liberi eius; & qui eos sequitur pædagogus. similes sordes infrà in descriptione τοῦ βδελυροῦ. Erant autem pleraque festa (quo tempore maximè spectacula exhiberi solita) plurium dierum: vt mirari nemo debeat, quod ait εἰς τὴν ὑστεραίαν: quod & ipsum plenum est venustatis Atticæ: est

ticæ : eſt enim pro τῇ ὑστεραίᾳ. Omnino conſtanter affirmamus hanc eſſe elegantiſſimi iſtius loci ſententiam : prorſúſque deſiderari vocem υἱούς : quod vel ſequens mentio pædagogi euincit. nam adoleſcentes ſuis pædagogis comitati in theatrũ veniebant. Suetonium lege in Auguſto, capite XLIV.

καὶ ταῦτα χρίσαντας.] Ita eſt legendum: χρίσαντας inquam, non χρήσαντας, quaſi eſſet à χρήζειν. Etiámne hæc minuta viros doctos fefelliſſe?

δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλαν.] Pollux χαλκεῖα recenſet inter inſtrumenta balnei. Sunt autem χαλκεῖα ſiue aëna, vaſa magna & oris vaſti, in quibus aqua balneorũ calefiebat : ſicuti in fundi inſtrumento Paulus Iuriſconſultus aëna numerat, in quibus aqua ad potandum calefit. Sed in aënis balneorum puto etiam oleum fuiſſe calefactum, & ita hîc accipiendum videtur. Elegans eſt apud Stobæum veteris ſcriptoris Teletis locus, vbi horum χαλκείων eſt mentio : quem ego, etſi deprauatus eſt, adſcribam. Loquitur ibi de homine Cynicæ ſectæ. Εἰ ἀλείψασθαι χρείαν ἔχοι, εἰσελθὼν εἰς τὸ βαλανεῖον, τῷ γλοιῷ ἠλείψατο. καὶ βαδίσας ἐνίοτε πρὸς τὴν κάμινον οὗ τὰ χαλκεῖα, τῶν μὲν εἰδῶν* ἀποπυρίαν ποιήσας, καταχέας ἂν ἐλάδιον, καθίσας ἠρίστησε. *Si foret*, inquit, *vngi opus, balneum ingreſſus, ſtrigmentis olei corpus vngebatur. nonnunquam etiam ad fornacem illam accedebat vbi ſunt aëna, & .... cùm ſe oleo pauxillo perfudiſſet, ſedens prandebat.* Vitruuius in balnearum fabrica tria aëna ſuper hypocauſtum vult componi, vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium. *Aëna* appellat ille, non τὰ χαλκεῖα tantùm : ſed etiam quas Plinius iunior in ea epiſtola

qua

qua Tusculanum suum descripsit, *cellas* nuncupat, & tres pariter commemorat, frigidariam, mediam, caldariam. Lucianus item in elegantissima balnei descriptione, has cellas οἴκοις vocat siue *œcos*, nam ea voce sæpe Plinius & Vitruuius vsi. Curtius *ædem* ita vsurpat pro œco siue cella aut cubiculo, Græcizans, non insolens. Aristides rhetor pro eodem ponit in hac re, οἶκον & δεξαμενήν. tres autem œcos etiam Lucianus commemorat. τὸν μέσον οἶκον ἔχοντα τρεῖς κολυμβήθρας: hæc est cella frigidaria: τὸν ἠρέμα χλιαινόμενον οἶκον: hæc tepidaria cella: τὸν ἔνδον τρεῖς περιεχόμενον θερμὰς πυέλοις: hæc cella caldaria est. Fuit verò etiam quarta cella in quibusdã balneis, quam *assam* Cicero in epistola ad Q. Fratrem nominat. Et in dialogo Adriani imperatoris cum Epicteto quatuor disertè nominantur: prima, tepidaria vnctuaria: secunda, sudatoria: tertia, assa: quarta, frigidaria. Aliter auctor Glossarij, *Assa cella*. ἀφιδρωτήριον. vult esse cellam sudatoriam. Porrò χαλκεῖα illa quorum vsus ad calefaciendam aquam, Latini non aëna tantùm aut miliaria vocarunt: sed etiam scutra. Glossarium, *Scutra*, χαλκίον. alibi, *Scutra* λέβης. extat ea vox in Plauti Persa. Seruius: *vulgo vasa vbi calida solet fieri, scutræ appellantur*. dixerunt Latini & *cucumam*, Græci κουκούμιον. Arrianus in Epicteto libro III. δεῖ αὐτὸν κουκούμιον ἔχειν ὅπου τὸ θερμὸν ποιήσῃ. Fictiles fuisse cucumas scimus ex Marcellino Empirico. Remansit ea vox in vsu in vernacula Gallorum lingua, vt aliæ infinitæ. Ad hæc vasa respiciebat philosophus, cùm scriberet in libello De spiritu, τὰς φλέβας ἔχειν πόρους ἐν αἷς τὸ θερμὸν ὄν, ὥσπερ ἐν χαλκίοις θερμαίνει τὸ αἷμα. Fallitur enim doctus ille vir, qui

qui obſcuriſſimum eum libellum interpretans, χαλκεῖα hæc de ærariis officinis accepit. Similis error eorum qui ſuperiorem Teletis locum ſunt interpretati:nam etſi verum eſt,in officinis χαλκέων calfaciendi ſe cauſſa ſolitos pauperes conuenire, vel teſtibus Homero & Herodoto : nemo tamen non videat, qui locum attentiùs conſiderarit, de balneorum aënis ibi agi : vt taceam,quòd auctoris verba & loquendi ratio illorum interpretationem ferre non poſſunt. Illum verò Ariſtotelis locum non parum illuſtrabunt quæ ſcribit Seneca Naturalium libro I I I. ca. X X I I I I.de aqua per fiſtulas calefieri ſolita in draconibus & miliariis.

καὶ βάψας ἀρύταιναν.] Etiam ἀρύταιναν Iulius Pollux in ſupellectile balnearia refert : demiratus ſum interpretes *guttum* vertiſſe. ſed ne alij quidem de hac voce (qua & Latini vſi ſunt,teſte Feſto & veteri Gloſſario & Iuriſconſultis,)ſatis luculéter.Sic autem habe. Ἀρύταινα dicitur Græcis omne inſtrumentum cuius eſt vel in balneis, vel in culina, vel in menſa vſus ad hauriendum aliquid ex aliquo vaſe : eſt enim ἀπὸ τοῦ ἀρύειν : vnde etiam ἀρυςὴρ & ἀρυςιχὶς & ἀρύςιχος, tam ſignificatione quàm origine cognatæ voces. Verùm quia multiplex eſt inſtrumenti huius vſus, Græci (vt eſt admirabilis in ea lingua verborum copia) diuerſas quaſi ſpecies eius diuerſis nominibus inſigniuerunt. Nam illud,exépli cauſſa, quo puls hauriebatur, ἐτνήρυσις propriè vocatum : quo iuſculum, ζωμήρυσις : quo vinum è cratere, οἰνήρυσις. Erant autem & ἐτνήρυσις, & ζωμήρυσις, & οἰνήρυσις, excauata inſtrumenta cum manubrio. Sic Græci. Latini verò trullæ appellatione

omnia hæc, vt opinio nostra est, ſunt complexi. Gloſſarium, Ζωμάρυστρον, *Trulla.* appellat ζωμάρυστρον quam veteres Græci ζωμήρυσιν. Idem alibi, *Trulla lignea*, ζωμήρυσις. *Trullaria* ζωμάρυστρον. vbi ſuſpecta vox *trullaria*. Eſſe verò trullam etiam vas vinarium ſimile bacrioni (de quo Feſtus) conſtat. Horatius,

---Feſtis potare diebus

Campana ſolitus trulla. & Cicero in Verrem. Non deſunt quibus placeat hoc ſolùm aut propriè trullam ſignificare: nos putamus arytænam omnem, generali ſignificatione trullam fuiſſe appellatam: etſi non negamus, ſæpius tribui illi à ſcriptoribus τῆ οἰνηρύσεως ſignificationem. Quod igitur in Amphitruone Plauti ait ille,

Lances detergam omneis, omneiſque trullas hauriam,

ſic interpretamur, vt trullas omneis accipiamus ἀντὶ τοῦ πᾶσαν ἀρύταιναν, ſiue trullarum omne genus: neque ad οἰνήρυσιν tantùm referimus, ſed etiam ad reliquas trullas: puta, ἐτνηρύσεις, ζωμηρύσεις, & alias, ſi quæ erant aliæ. Notabis βάψαι ἀρύταιναν, pro βάψας ἀρύειν immerſa arytæna haurire. Lycophron Alexandra de expeditione Tyrrheni in Italia: Ἐπεὶ Πελασγοὺς εἶδε Ρυνδακοῦ ποτῶν Κρωσσοῖσιν ὀθνείοισι βάψαντας γάνος. id eſt, *Poſtquam vidit Menelaum aquarum Rhyndaci laticem ſitulis peregrinis haurientem.* neque enim βάπτειν *tingere* ibi ſignificat, vt vir doctiſſ. vertit; ſed id quod diximus.

Οὐδεμία σοι χάρις.] Hæc eſt merces quam iſte impudens balneatori pendit diſcedens. More Romano quadrantem illi debuit: nam quadrante pauperiores lauabant. Horatius:

---dum

---dum tu quadrante lauatum *Rex ibis.*

Iuuenalis,

Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

Et Seneca epiſtola LXXXVII. balneum vocat *rem quadrantariam.* At pueri balneaticum non dabant, ait Probus in illud Iuuenalis,

Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.

Ad caput περὶ μικρολογίας.

Ἡ δὲ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν.] Virtuti illi quæ ἐλευθερία ſiue ἐλευθεριότης Græcè dicitur, & circa opes verſatur, ac rectum honeſtúmque illarum vſum docet, opponitur ἡ ἀνελευθερία, ſiue ἀνελευθεριότης: vitium multiplex & in varias ſpecies diffuſum, ſicut docet Ariſtoteles cùm alibi tum IIII. Nicomacheorum maximè. Theophraſtus tamen vſum loquendi ſecutus nonnihil à præceptore diſcedit: non enim facit ἀνελευθερίαν genus μικρολογίας, vt Ariſtoteles: ſed eam vocem anguſtiùs accipit pro tenacitatis quadam ſpecie de qua habetur infrà caput vnum. At qui deſcribuntur hîc à Theophraſto, ij maximè ſunt quos philoſophus ἀνελευθέρους τῇ δόσει ἐλλείποντας nominat. Sunt autem huiuſmodi homines ita comparati, vt ab alieno quidem manus abſtineant, & proinde longè ſint meliores iis qui ἀνελεύθεροι, τῇ λήψει ὑπερβάλλοντες, Ariſtoteli appellantur (qualis erat ὁ ἀναίσχυντος, & multò magis ὁ ἀπονενοημένος, quos ſuprà deſcripſit auctor) ægerrimè verò laturi ſint quicquam omnino ſui ad alios peruenire: ne-

que erga alios tantùm, ſed etiam erga ſeipſos ita ſunt parci & reſtricti; metu videlicet minuẽdarum opum. Horum hominum ſordes Græci plurimis nominibus, ſicut innuit Ariſtoteles, notarunt: longè enim latéque ſuperant Græci hac in re Latinos, qui vix habent proprium nomen quo iſtud vitium appellent. Seneca De beneficiis libro II. *Parſimonia, inquit, eſt ſcientia vitandi ſumtus ſuperuacuos: aut ars re familiari moderatè vtendi: parciſſimum tamen hominem vocamus puſilli animi & contracti: cùm infinitum interſit inter modum & anguſtias. Hæc alia ſunt naturâ: ſed effecit inopia ſermonis, vt & hunc & illum parcum vocemus.* Voluit Seneca Græcam vocem μικρολόγος exprimere, cùm dixit *hominem puſilli animi & contracti.* eleganter: ſed tamen ita poſſum etiam eum appellare, qui μικροπρεπὴς illis dicitur. At homo parcus apud Græcos præſertim comicos non μικρολόγος ſolùm dicitur, ſed etiam γλίσχρος, κίμβιξ, κυμινοκίμβιξ, κυμινοπρίστης, ſiue, ὁ περὶ ἅλα καὶ κύμινον: item καρδαμογλύφος, κρασδοφάγος, θρὶψ, τάγηλος, ἰξὸς, κυκλογάλος, γλοιὸς, θυμβρεπίδειπνος, σκιφὸς & κνιπὸς, τρυγόβιος, τρυσίβιος, ῥυποκαύδαλος, vel vt alibi legitur, ῥυποκόνδυλος: nec non λιμὸς, λιμοκίμβιξ, συκοτραγίδης, συκοπρίστης, μυκόνιος, & μυσάλμης: ſunt & aliæ apud veteres grammaticos eorundem hominum appellationes, quæ mihi nunc in mentem non veniunt. Cæterùm vocem μικρολογία Ariſtoteles ad diſputationes philoſophorum aliquando transfert, & pro ἀκριβολογία, vel λεπτολογία (*minutiloquium* poſſis vertere ex Tertulliano) vſurpat: vt in pulcherrimo loco qui ſub finem primi Metaphyſicorum habetur. Iuuenalis

μικρολογίαν dixit *minimas sordes* satyra XIIII.

Sunt quædam vitiorum elementa; his protinus illos
Imbuit, & cogit minimas ediscere sordes.

Apuleius *sordem infimam* pro eodem. Cicero τὸν μικρολόγον *parcum & restrictum* solet appellare: sicut & apud quosdam Græcos σφιγγία hac notione positum inuenias: Suetonius in Nerone, *sordidum & deparcum*: Plautus in Persa, *triparcum*: in Aulularia, *parcè parcum*: quo loco extat elegantissimus amœnissimusque & χαρακτὴρ character hominis tenacis & σμικρολόγου.

τοῦ διαφόρου.] Significat τὸ διάφορον sumtum & impensam: atque adeo pecuniam: sic apud Aristotelem, non solùm in definitione κυβείας: sed etiam alibi sæpe. éstque istud vocabulum hoc sensu Polybio, Dionysio, Halicarnasseo & aliis quibusdam familiare. Sic accipiendum illud Ecclesiastici capite VII. commate XX. Μὴ ἀλλάξῃς φίλον διαφόρου κατὰ μηδὲ ἕν. μηδὲ ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ ὀφείρ. hoc est, *Ne commutes amicum vlla re siue pecunia*. Ὁ νοῦς: Caue quicquam tanti æstimes, vt id amici iactura velis redimere. Ita exponendum esse hunc locum clarum est: & euincit altera pars istius commatis: quæ eôdem cum præcedenti pertinet: quod ferè perpetuū est, in hoc & Solomonis prouerbiorum libro. Quare errant grauiter, qui aliter aut interpretantur aut legunt. Legunt enim doctissimi viri ἀδιαφόρου: quos etiam vetus interpres refellit. In eodem scriptore sic legitur capite XXVII. χάριν ἀδιαφόρου πολλοὶ ἥμαρτον· καὶ ὁ ζητῶν πληθῦναι ἀποστρέψει ὀφθαλμὸν αὐτοῦ. Nos hîc quoque eandem vocem censemus restituendam: & legimus, χάριν διαφόρου

πολλοὶ ἥμαρτεν· perſpicuo & optimo ſenſu: & confirmat hanc noſtram emendationem poſterior pars commatis. vt ne dicam veteres ſic legiſſe: qui tamē *inopiā* minùs rectè verterũt. at in omnibus quas vidi editionibus eſt ἀδιαφόρων. In libris Maccabæorum extat locis aliquammultis vox διάφορα numero multitudinis, prorſus pro χρήματα: quod interpretes cùm non obſeruaſſent, mirè ſe torſerunt, & locos cenſuerunt emendandos, qui optimè habebant. Exemplum vnum aut alterum proferemus, libro ſecundo, capite primo, καὶ οἷς ἐχαρίζετο ὁ βασιλεύς, πολλὰ διάφορα ἐλάμβανε καὶ μετεδίδου. hoc eſt, πολλὰ χρήματα. capite tertio, ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων ἀναρίθμητον εἶναι. τῶν διαφ. dixit, pro τῶν χρημάτων. neque rectè hæc mutant quidam, magni meo judicio viri: hoc vno minores, quòd ſe maximos credunt, & omnia ſibi φιλοκαινοτάτοις οὖσιν licere in literis volunt.

Οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν.] Fortaſſe ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ. Eſt autem horum verborum, quæ eſſe integra præſtare nolim, obſcurus & in abdito latens ſenſus. An igitur ita exponendum? Solet cùm locatæ à ſe domus penſionem, (ἐνοίκιον Græci vocant) ab inquilino exigit, ita rigidus eſſe & acerbus exactor, vt ſi de integra ſumma abſit vel ſemiobolus, condonare id nolit, aut in proximum menſem differre eius ſolutionem. An referendum potiùs ad conuiuia veterum? Solebant illi collatis ſymbolis, coire apud aliquem amicorum, & in eius ædibus conuiuium agitare. Videtur ergo ſordidus iſte petere, vt aliquid ſibi pro ædibus quas amicis commodat, ſoluatur. Sed cur diſſimulem

parum

parum mihi de isto loco liquere? quem quidem, quoties lego, toties ad incitas redactum me sentio. Doctiores hoc vulnus sanent: ego herbam lubens meritò dabo. In membranis quæ seruantur in Palatina Bibliotheca, illustrissimi principis, scriptum est, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. optimè iudicio meo. Nam vox ἐλθὼν totius sentẽtiæ, nisi fallor, cardo est. Vult enim hominis μικρολόγου notam esse, quòd de menstrua pensione residuum obolum qui sibi debeatur, tanti faciat, vt eius exigendi gratia ad debitoris sui domum ipse veniat. Possumus de vsura hoc interpretari quæ ex debita sorte proficiscatur. Nam certum est, fœnus menstruum pendi solitum. Sed non ipsi creditores exigebant: verùm seruos flagitatores mittebant, quos propterea μηνιαίους ἀπαιτητὰς vocat B. Basilius. quidam Græciæ populus hos vocauit olim ἐμποειδονήτας. nam Hesychius ita scribit, ἐμποειδενήτας, ἐνοικίου πρακτῆρας. Possumus & de mercede conductæ domus accipere: nam & hoc certum, τὰ ἐνοίκια menstrua die pendi solita: cuius rei testes sunt, vt alios taceam, epigrammatarij poëtæ Græcorum. Memini tamen legere in Græcorum commentariis, solitos Athenienses τοὺς μισθοὺς καὶ τὰ ἐνοίκια κατὰ πρυτανείας οὐ κατὰ μῆνα τελεῖν.

ἀειθμεῖν πόσας κύλικας ἕκαστος πέπωκε.] Martialis lib. ix. in Charidemum.

Et numeras nostros adstricta fronte trientes,
Tanquam de cella sit cadus iste tua.

Fuit olim apud Athenienses in epulis publicis ei rei quidam præfectus, vt quoties quisque, & quomodo biberet, obseruaret: cumque magistratum

οἰνόπτην vocabant, vel ὀφθαλμόν. Athenæus libro decimo.

καὶ ἀπάρχεσθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτ.] Mos antiquissimus, deos placare primitijs victus. Varro Manio, *Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare* μικρὸν κρέας. Nota res eruditis.

ὅσα τις μικροῦ πριάμενος λογίζεται.] Λογίζεσθαι non est hîc *putare*: sed *imputare alicui*, & *expensum ferre*. Loquitur enim Theophrastus de mandatario, vel negotiorum gestore, qui amici vel mandatoris nomine aliquid emerit. ita denique accipiendum, vt cùm ait Aristoteles in secundo Oeconomicorum, de Cleomene Alexandrino loquens, ἀποστείλας δέ τινα ἐπὶ ἀγοράσματί τι; αἰσθόμενος, ὅτι εὐώνων τετύχηκε, αὐτῷ δ' ἔμελλε ἐκτετιμημένα λογίζεσθαι. Diuus Paulus etiam ἐλλογεῖν hoc sensu solet vsurpare. Appianus καταλογίζειν.

καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος.] Bellè hæc conueniunt Atheniensibus: quos in rebus ita minutis & parui pretij mirè fuisse attentos & sollicitos, nequid sibi seruorum fraude periret, Aristophanis fabulæ testantur. Nam in Ranis ait poëta, plerosque Atheniensium, statim vbi domū fuerint ingressi, nihil antiquius habere, quàm vt seruos suos magno cum clamore appellent, & ab ipsis sciscitentur, quid olla factū esset, quid capite mænadis, quæ fortè fuerat è mensa sublata: quid paropside anno superiore empta: quid pridiano allio; quis denique de oleis degustarit. Verba poëtæ,

--- νῦν γοῦν Ἀθη-
ναίων ἅπας τις εἰσιὼν
κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας,

ζητεῖ τε, ποῦ 'στιν ἡ χύτρα;
τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκε
τῆς μαινίδος; τὸ τρυβλίον
τὸ περύσινον τέθνηκέ μοι.
ποῦ τὸ σκόροδον τὸ χθεσινόν;
τίς τῆς ἐλάας παρέτραγε;

Scholiastes & Suidas aiunt esse hæc μικροπρεπείας δείγματα, indicia angusti animi. μικροπρέπειαν accipiunt ἀντὶ μικρολογίας. Sic & alij scriptores. Hierocles, φειδὼ χρημάτων ἄκαιρος εἰς μικροπρέπειαν διαβάλλεται. ex quarto Nichomacheorum discas quid sit μικροπρέπεια.

ὑποβαλούσης τρίχαλκον.] Vide Iulium Pollucem.

Pag. 31. καὶ τὰς κιβωτούς.] Capsæ erant ad condendas vestes. Clemens Alexandrinus Pædag. lib. III. ποῦ δαὶ τῶν ἐσθήτων τὰς κιβωτούς; erant autem κιβωτοὶ ligneæ, κίσται è vimine. Ab illis arcis dictus vicus Athenarum, vicus κιβωτοποιῶν, cuius meminit Plutarchus.

καὶ οὐκ ἂν ἐάσαι.] Contrarium est quod de viro magno Pericle testantur historiæ: Eum quippe legimus, vt populum sibi conciliaret, suorum agrorum macerias sustulisse: quò possent omnes quibuscunque esset libitum, fructus ex arboribus decerpere. quod & alios factitasse, qui liberales & esse & haberi volebant, eadem historia testis. vide Plutarchum in Pericle & Cimone.

καὶ τοὺς ὅρους ὁ ἐπισκοπεῖ δὴ.] Olim soliti veteres, seruos sibi parare, & in villis habere, quorum munus erat custodia finium. De Græcis constat vel ex idyllio Theocriti, quo Augiæ κλῆρος describitur. Latini hos seruos *saltuarios* appellabāt. Glossa-

rium vetus, *Saltarius* ὀρεοφύλαξ. in mendo & Græca vox & Latina cubat: lege, *Saltuarius*, ὀρεοφύλαξ. Vlpianus lege XII. Dig. De instructo vel instrumento legato. *Saltuarium autem Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum seruandorum gratia paratus sit: eum non, qui finium custodiendorum causa.* Saltuariorum, vt vides, duo genera: alij fines custodiebant: de quibus sensit Glossarij auctor superiore loco. alij, fructus. de his accipio quod in altero Glossario scribitur κτηματοφύλαξ, *Saltuarius.* Porrò termini moti, siue, vt erat in lege Pompilij, exarati (quod Græcis est τὰ ὀρθοθέσια ὀρυγλυφεῖν) quàm graue crimen fuerit, & diuina testantur iura & humana: quàm frequens, vel hic locus sit indicio.

ὑπερημερίαν πρᾶξαι.] Oratores Græci hoc solent dicere τὸν ὑπερήμερον εἰσπράττειν. & erat Athenis grauissima eorum pœna qui iudicatum non soluissent: scholiastes Aristophanis in Nebulas ait, in quadruplum solitos condemnari: aut si non haberent in ære, luisse in corpore, & à creditoribus suis in neruo & compedibus habitos. Hos Græci ἐγκλοιοσκελεῖς, Latini *nexos* vocabant.

καὶ τόκον τόκου.] Satius erat hanc notam referre inter ἀπονοίας notas: grauius enim istud, quàm vt μικρολόγος censeri debeat qui id faciat. Impp. Diocletianus & Maximianus lege XX. Cod. Ex quibus causis infamia irrogatur: *Improbum fœnus exercentibus & vsuras vsurarum illicitè exigentibus infamiæ macula irroganda est.* Lucullus, vt refert Plutarchus, inter alias leges quibus improbitatem fœneratorum per Asiam grassantium coërcuit, hanc quoque tulit, vt qui vsuras cum sorte coniunxisset, & sortes

& vsu

& vſuras amitteret. Fere tamen hoc iure veteres vſos legimus, vt vſura quæ exacto anno non ſolueretur, ſorti accederet, & deinceps fœnus pareret. anatociſmum Græci Latiníque nuncupant.

μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι.] Plinius Epiſtolarum libro ſecundo, de ſordido conuiuatore loquens, *Vilia*, inquit, *& minuta ponebat conuiuis.*

ὀψωνῶν, μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν.] Cenſen' de alio Theophraſtum loqui, quàm de Euclione Plauti? quem locum vt hîc non aſcribam, nihil ſuaue meritum eſt.

Venio, ait ille, *ad macellum: rogito piſces. indicant*
Caros: agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia:
Atque eò fuerunt cariora, æs non erat:
Abeo illinc iratus, quoniam nihil eſt quî emam:
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occepi; feſto die ſi quid prodegeris,
Profeſto egere liceat, niſi peperceris.

μήτε ἅλας χρωννύειν.] Nimirum aceto: Sal & acetum olim, pauperiorum cibus, vt norunt iam & lippi & tonſores. Alexis *χρωματίζειν* ſic accepit.

Τὸ θρύμμ' ἐπὶ πολῆς εὐρύθμως διεμμένον
Ὄξει σπραίῳ χρωματίσας.

Latini, *intingere.* Cato, *Braſſicam crudam ſi edas, in acetum intingito.* Perſius, *Tingit olus*: & paſſim Cornelius Celſus. Rectè igitur *χρωννύειν* conuenit, ſi ad *ἅλας* tantùm referas: ſi ad ea quæ ſequuntur, non item. Nam quis tam amens, qui ellychnium ſaltem intingi & madefieri nolit? cymino quoque aut origano parum conuenire videtur, quorum vſus eſt in condimentis, vt docet Athenæus: nec multo

melius

meliùs ſequentibus vocibus, οὐλὰς, ςέμματα & θυλήματα. Quare puto ſubeſſe hîc mendam, deſiderarique verba aliquot. Lego, μήτε ἄλας χωννύειν, ... μήτε ἐλλύχνιον. in lacuna deſideratur tale quid, μήτε χρᾶν τινι, vel χορηγεῖν. fortaſſe tamen nihil deeſt: ſed illud χωννύειν, ex deprauatione veræ lectionis eſt natum. Ita igitur legi poteſt, μήτε ἄλας χρᾶν τινι, μήτε ἐλλύχν. Hoc poſterius, vt probabilius, ſumus amplexi.

μήτε ἐλλύχνιον.] Etiam ellychnia ad curam hominum μικρολόγων pertinebant. Itaque in Nebulis Ariſtophanis lamentatur auarus ille Strepſiades, & puerum tantumnon verberat, quòd ellychnia lucernæ adhibuiſſet craſſa nimis. Alius in Veſpis filium obiurgat, quòd ſtuppas non acu vel feſtuca, ſed digito produxiſſet: κὴ ταῦτα, inquit, τοῦ 'λαίου σπανίζοντος. Iuuenalis, *cuius diſpenſo & tempero filum.*

Pag. 34. μήτε θυηλήματα.] Scribendum θυλήματα. Sunt quæ alio nomine ψαιστὰ dicuntur, hoc eſt, fruges ἐψαισμέναι, ſiue fractæ ſaxo, vel molitæ. Latinis *molæ*, vel *liba*. vide Grammaticos. His ſolis antiquiſſimi homines deos ſibi conciliabant, vt ait Ouidius in Faſtis. quare cùm poſterior ætas alia ſumtuoſiora ſacrificia vſurpare cœpiſſet, is honos antiquitati habitus, vt non ſolùm adolendas victimarum partes farre conſpergerent, (de quo ritu poëtę interpretes, Ouidius xv. Metamorph. & Dionyſius Halicar. libro vii. aliique) ſed etiam poſt omnia, extremo loco tandem θυλήματα tanquam offerumentum Deo gratiſſimum offerrent. Notat hunc ritum Porphyrius, Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, libr. ſecundo, τοῦ δ' ἀλληλεσμένου βίου παρὰ τὸ πρόσθεν μακα-

ευθέντος ἀπήρξαντο τῆς φανθείσης τροφῆς πρῶτον εἰς πῦρ τοῖς θεοῖς. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν πρὸς τῷ τέλει τῶν θυηλῶν, τοῖς φανθεῖσι θυλήμασι χρώμεθα. Atque hoc propriè ἐπιθύειν posterior ætas dixit, vt docet idem auctor, quia post alia sacrificia fiebat. Sed & θυλεῖσθαι verbum est, quod significat θυλήματα offerre. Porphyrius eodem libro de pauperis Docimi oblatione loquens, ἐκ τῆς παρακειμένης πήρας τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας ἐθυλήσατο. Constat autem ex historia, pauperiorum sacrificia non alia ferè quàm ista fuisse. Theophrastus apud Stobæum, Τὸν δὲ μὴ οἰκοῦντα ἐν ἄστει, θύειν τὸν ὅρκον ἐπὶ τοῦ Διὸς τοῦ ἀγοραίου· τὴν δὲ θυσίαν τῶν ἐλαττόνων εἶναι θυλήμασι. Diuites verò cùm alia sacrificabant, tum etiam loco θυλημάτων thura, & alia id genus libamina in bustum aræ iaciebant. in quo illud legimus obseruatum, vt summis digitis vel thura, vel fruges offerrent. Porphyrius, ἔφησεν, ἡ Πυθία τὸν Ἑρμιονέα κεχαρῆσθαι, θύσαντα τῶν ψαιστῶν ἐκ τοῦ πηριδίου τοῖς τρισὶ δακτύλοις. Hieronymus, epistola prima, *Non est tantum in eo seruitus, si quis duobus digitulis thura in bustum aræ iaciat, aut haustum pateræ poculo fundat merum.* propterea dicebat Lactantius de religione paganorum, *nihil in ea se videre aliud quàm ritum ad solos digitos pertinentem.* & Seneca pater negat, eum cui præcisæ sint manus, posse adorare: non solùm ritum hunc respiciens, sed alios qui fuêre à veteribus in re diuina facienda obseruati: de quibus fortasse aliàs. Atque hæc quia non ita vulgò nota videbantur, placuit paullo fusiùs exponere.

ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα, πολλά ἐστι τοῦ ἐνιαυτοῦ.] Præclarè philosophus in quinto De republica; si quis saluam

velit

velit Rempublicam, monet cauendum, ne quicquam omnino contra leges fiat: & addit, summa in primis cautione opus esse, in eo quod paruum videtur: nam id ni fiat, paullatim & latenter irrepere rerum omnium deprauationem: vt necesse sit illam funditus tandem perire rempublicam. Sic pessundari domos locupletes paruis, sed frequentibus sumptibus. hoc enim decipi plerorumque mẽtem, dum sibi persuadent, nihil aut perpusillum eos sumptus esse nocituros, quorum sit vnusquisque paruus: contrarium tamen euenire: minutas enim istas impensas magnum damnum tandem afferre, imò labem ac perniciem totius rei familiaris. παραλογίζεται γὰρ, inquit Aristoteles, ἡ διάνοια ὑπ' αὐτῶν, ὥσπερ ὁ σοφιστικὸς λόγος, Εἰ ἕκαστον μικρὸν, καὶ πάντα· τοῦτο δ' ἔστι μὲν ὡς οὔ, τὸ γὰρ ὅλον, καὶ τὰ πάντα, οὐ μικρὸν, σύγκειται δ' ἐκ μικρῶν. Par prudentia magni viri Demosthenis, cuius hæc ex quarta Philippica, pulcherrimè superiori Aristotelis loco concinunt. Ἡ καθ' ἡμέραν ῥαστώνη καὶ ῥαθυμία, ὥσπερ τοῖς ἰδίοις βίοις, οὕτω κἀν ταῖς πόλεσιν, οὐκ ἀφ' ἑκάστου τῶν ἀμελουμένων ποιεῖ τὴν αἴσθησιν εὐθέως, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ τῶν πραγμάτων ἀπαντᾷ. *Quemadmodum*, inquit, *in priuata vita, sic etiam in Republica, desidia & socordia quotidiana, non in singulis statim, vt quidque est neglectum, animaduertitur: sed in summa rerum tandem apparet.* Sed & grauissimus auctor Plutarchus in vita Cæsaris monet, nullum vllius rei initium esse paruum existimandum, quod magnum statim sit reddititura assiduitas, licentiam & impunitatem ex sui contemtu nacta. Græcè meliùs, ὡς οὐδεμίαν ἀρχὴν πράγματος ἡγητέον μικρὰν, ἣν ταχὺ ποιεῖ μεγάλην τὸ

ἐνδε

ἀνδρελεχὲς, ἐκ τοῦ καταφρονηθῆναι τὸ μὴ κωλυθῆναι λαβοῦσα. Sic ille locus Plutarchi legi & exponi debet. Hoc eſt quod Ariſtoteles tot locis appellat, τὸ παρὰ μικρόν. Vide ſi lubet quæ ſcripſimus ad illa Satirici, verba è ſatira quinta: *Cras hoc fiet, idem cras fiet.*

ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια φορεῖν.] Fortaſſe, τῶν μηρῶν. *breuiores quàm vt femora penitus tegant.* Sed & μικρῶν ferri poteſt. Sic dixit Sappho, ἀνδρὸς μεγάλου πολὺ μείζων. Sic Syneſius, τῶν ὀλίγων ἐλάττονες. Sic Pauſanias, ἀνδρὸς οὐ μείζων μεγάλου. Sic Appianus, οἱ τὰ μεγέθη μείζους τῶν μεγίστων ὑπάρχοντες. Poteſt & μετρίων legi. Sic dixit Herodotus libro II. ἄνδρες μικρὸν μετρίων ἐλάσσονες ἀνδρῶν. Quemadmodum autem veſtis breuitas eſt ſordium argumentum, ſic veſtis ad talos demiſſa, vitæ delicatæ & diſſolutæ, vt apud Platonem in Alcibiade priore ἕλξις ἱματίων indicium ἁβρότητος. inde illa Plutarchi in Alcibiade, ὑβρίσματά τε καὶ θηλύτητας ἐσθήτων ἁλουργῶν ἑλκομένων δι' ἀγορᾶς. Horatius, *Cum bis ter vlnarum toga.* Apud Dionem Calenus obiicit Ciceroni, quòd μέχρι σφυρῶν τὴν ἐσθῆτα σύρει· & Cicero ipſe de Oppianico, *Facite*, inquit, *vt non ſolùm mores eius, & arrogantiam, ſed etiam vultum atque amictum, atque illam vſque ad talos demiſſam purpuram recordemini.* Seneca pater libro II. *Omnia à te vitia: quòd vnguento coma madet, tuum eſt: quòd laxior vſque in pedes tunica demittitur, tuum eſt.* Propterea breues veſtes homines graues & δραστήριοι geſtabant. Horatius,

Exiguæque togæ ſimulet teſquore Catonem.

& de Hercule ait Theocritus:

Εἵματα δ' οὐκ ἀσκητὰ μέσας ὑπερέννυτο κνήμας.

καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους.) Ariſtophanes Nebulis,

--- ὧν ὑπὸ τῆς φειδωλίας
ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτε.

Ait poëta, homines tenaces præ ſordibus nunquam caput totondiſſe. Videntur eſſe contraria, ſtrictim ad cutem vſque tonderi, & nunquam tonderi : ſunt tamen eiuſdem hominis, &, vt loquitur Ariſtoteles, τοῦ αὐτοῦ ἤθους. Nam qui ad viuum tonderi vult, id ſpectat, vt rarò tonſoris opera indigeat. vitat, inquam, ſumptus, non minùs quàm ille alter. Ex his intelligi poteſt, quæ ratio ſit cur apud Ariſtophanem philoſophi modò tanquam κομῶντες irrideantur : modò vt ἐν χρῷ κεκαρμένοι : vtrumque enim extremæ parſimoniæ eſt, à quibus ſordibus vt ſe oſtenderent eſſe alienos, homines venuſti & elegantes, ſolebant, quod Theophraſtus capite quinto dicebat, πολλάκις ἀποκείρεσθαι.

τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένοις.] Non ſemper veteres Græci calceati erant, vt hodie nos ſumus: multus enim fuit τῆς ἀνυποδησίας vſus. Spartanos quidem etiam lex Lycurgi coëgit eſſe diſcalceatos: vt refert Xenophon in eorum politia. Athenienſes quoque paullo qui eſſent in ratione vitæ aſtrictiores aut ſeueriores, non niſi neceſſario tempore, ad vitandum ſcilicet frigus, aut itinerum aſperitates, calceis vtebantur; vide Plutarchum in Phocione: & ait idem auctor in vita Lycurgi oratoris, eum ταῖς ἀναγκαίαις tantùm ἡμέραις calceos induiſſe. Oppianus etiam in venatoris inſtitutione, iubet eum nudis pedibus ad venationem ire:

--- γυμνοῖσι δὲ ποσσὶν ὁδεύειν
Κείνοις τοῖσιν ἔχειν μέλεται δυσδερκέα θηρῶν.

Clemens Alexandrinus Pædagog. III. libro II.

ἀνδρὶ

ἀνδρὶ ᾗ εὖ μάλα ἁρμόδιον, ἀνυποδησία· πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο· καὶ γάρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. id est, *Sine calceis esse, viro admodum conuenit qui quidem non militauerit. parum enim à vincto differt cui pedes in calceis vincti.* Nota est & Romani Catonis ἀνυποδησία. item Neronis: vide Suetonium capite quinquagesimo primo. Martialis verò libro XII. Cottam quendam ridet quòd excalceatus iret ad cœnam. Seneca quoque epistolà LXXXVIII. erubuisse se ait mulionem suum excalceatum non propter æstatem. Quod ait τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, Atticum est, vt admonent veteres magistri; pro, κατὰ τὴν μεσημβρίαν; vel, vt loquitur Diogenes Cynicus, ὑπὸ μέσην ἡμέραν. errant enim qui aliter accipiunt. Theocritus dicere solet τὸ μεσαμέριον, vel τὸ μεσαμβρινόν: & Lucianus De gymnasiis.

τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν.] Nempe κονίαν, vel potiùs κιμωλίαν. Hoc Liuius dixit, cretam, siue album, in vestimentum addere: Theophrastus in libro De lapidibus, γῆν ἐμπάττειν εἰς τὰ ἱμάτια. Erat olim duplex cretæ vsus in officina fullonum: alia sordes eluebantur: alia candorem nitorémque vesti parabant. Plinius, libro XXXV. cap. decimoseptimo.

Ad caput περὶ βδελυρίας.

OY χαλεπὸν δέ ἐστι τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι.] Negat Theophrastus difficile esse definire τὴν βδελυρίαν: nec sanè multum difficile est, quid ille velit intelligere. Illud, puto, difficilius sit, vocem

Latinam reperire quæ Græcæ respondeat. Non
enim satis mihi facit vox *obscœnitas*: quoniam ani-
maduertimus, iocos ludósque qui hîc recensentur,
non omnes esse obscœnos, neque ea turpitudine
infectos, quæ castas pudicásque aures solet offen-
dere: vt erant illa quæ in Fescenninis versibus &
Atellanis solebant vsurpari. Multa inquam hîc
continentur, inhonesta illa quidem, sed sine ob-
scœnitate & αἰσχρολογίᾳ: turpia tamen nihilominus
& μύσους ἄξια, quod propriè sonat vox βδελυρός. Ac
notat scholiastes Aristophanis βδελυροὺς Athenis
fuisse vocitatos homines infames, vt sunt lenones,
& id genus: itémque τοὺς ἀνελευθέρους, hoc est, eos
qui præ auaritia turpissimis sordibus delectaren-
tur: quod pulchrè facit ad multa quæ hîc comme-
morantur. Nos duabus dictionibus vocem βδελυ-
ρία expresseramus, *obscœnitas & impuritas*: sed visa
est postmodum vox impuritas vel sola non malè
auctoris mentem exprimere: vt quidem apud co-
micos frequenter solet vsurpari.

ἀνασυράμενος.] Componens videlicet se, vel si-
mulans se componere ad κοιλιολυσίαν, vel ad meien-
dum: nam is olim χεζητιώντων (honos sit auribus)
& micturientium mos & gestus. Dionysius Hali-
carnasseus, de Philonide Tarentino loquens, ἀνα-
συράμενος τὴν ἀναβολὴν, καὶ σχηματίσας ἑαυτὸν ὡς αἴσχιστον
ὀφθῆναι, τὴν οὐ λέγεσθαι πρέπουσαν ἀκαθαρσίαν κατὰ τῆς ἱερᾶς
ἐσθῆτος τοῦ πρεσβευτοῦ κατεσκέδασε. & in eadem histo-
ria alij. Galenus in exhortatione ad artes, οἱ ἀπὸ τῶν
κρηνῶν ὑδρευόμενοι πρόσθεν, ἐπειδὰν μηκέτ' ἔχουσιν ὕδωρ,
ἀνασυράμενοι προσουροῦσι. & est in viris τὸ ἀνασύρασθαι,
quod in sequiore sexu varicitus stare, vt apud Apu-
leium.

leium. At οἱ χεζητιῶντες incoxare ſe etiam dicuntur: vnde eſt coſſim χέζειν, quaſi coxim. Vide Nonium.

συρίττειν οὓς ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποί.] Exemplo ſit Theophraſtus quidam in Ariſtophanis Veſpis:

Οἱ δ' ἀνεκρότησαν, πλὴν γε Θεοφράστου μόνου
Οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός.

nam διαμυλλαίνειν à rictu oris facta vox, idem eſt ac συρίττειν : quod ſignificat ſibilo ſiue paſtoritia fiſtula, vt loquitur Cicero, aliquem proſequi : dicitur & κλώζειν, pro eodem, vt in ea contra Midiam. vide Heſychium, Harpocrationem, & Euſtathium in ὀδυσ. δ. Inde eſt, κλωσμοσυρίττειν vox elegantiſſima apud Philonem.

ἀνακύψας ἐρυγεῖν.] Simile eſt quod notat Cicero in Antonio: *Cui ructare turpe eſſet, is veniens, fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, gremium ſuum, & totum tribunal impleuit.*

Pag. 36. καὶ καλέσαι.] Plautus Menæchmis:

Certò hæc mulier aut inſana eſt, aut ebria Meſſenio,
Hominem quæ ignotum compellet me tam familiariter.

σπεύδοντα δέ που.] Malim ποῖ.

καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτόν.] Scribe ἑαυτῷ. Vide ſuprà.

καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα.] Ridiculi cauſſa, non ſeriò. Atqui hoc inſulsè ridere eſt, non ſalsè ridendi occaſionem præbere.

καὶ διηγεῖσθαι προσστὰς πρὸς κουρεῖον.] In tonſtrinis iam olim malè feriatorum hominum conciliabula celebrari ſolita. vnde eſt κουρεακὴ λαλιὰ dictum παροιμιακῶς à Polybio in tertia hiſtoria. Lyſias in ea contra Pancleonem, ἦλθον ἐπὶ τὸ κουρεῖον τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς, ἵνα οἱ Δεκελεῖς προσφοιτῶσι. Idem alibi, ἕκαστος

ὑμῶν εἴθισται προσφοιτᾶν, ὁ μὲν πρὸς μυροπώλιον· οἱ δὲ, πρὸς κουρεῖον. Damnat hunc morem sanctissimus vir Clemens Alexandrinus, III. libro Pædago. Μὴ πίνων, ait, μηδὲ οἱ ἄνδρες ἐπὶ τῶν κουρείων καὶ καπηλείων διατρίβοντες ἀδολεσχούντων στωμυλλόμενοι. Theophrastus verò noster, vt erat ingenio perurbano, tonstrinas appellitabat abstemia conuiuia, siue ἄοινα συμπόσια, διὰ τὴν λαλιὰν τῶν προσκαθιζόντων. testis Plutarchus. Adiicit auctor ἢ μυροπώλιον, quia vt tonstrinæ, ita & myropolia otiosis hominibus referta solebant esse. Sic Demosthenes in Aristogitonem, οὐδὲ προσφοιτᾷ πρός τι τῶν ἐν τῇ πόλει κουρείων ἢ μυροπωλίων, & passim.

καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν οἶνον.] Fraus pridem *Miscere aquas vino*: apud Tertullianum ex propheta Isaia. Hoc nomine malè audiebant Athenæ. Alexis comicus in Asoto, facetè qui id facerent excusat: negans sui compendij illos habere rationem: sed sanitatis ementium, vt ne possint mero potato morbi caussam contrahere. Locus suauissimus est; quem ideo placuit apponere,

A. Κομψόν γε τοῦτ' ἐστὶν παρ' ἡμῖν ὦ Σόλων
Ἐν ταῖς Ἀθήναις, δεξιῶς θ' εὑρημένον.
Σ. Τὸ ποῖον; A. ἐν τοῖς συμποσίοισιν οὐ πίνετε
Ἄκρατον· οὐ γὰρ ῥᾴδιον· πωλοῦσι γὰρ
Ἐν ταῖς ἁμάξαις εὐθέως κεκραμένον.
Οὐχ ἵνα τι κερδαίνωσι τῶν δ' ὠνουμένων
Προνοούμενοι, τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν.

Sed in venditione vini triplicem fere fraudem cauponum notant veteres: quòd illud diluant, mangonizent, & falsa mensura vendant. Lucianus, οἱ φιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα ὥσπερ οἱ κάπηλοι κε-

φυσάμενοι γε οἱ πολλοὶ, καὶ δολώσαντες καὶ κακομετρήσαντες. A consueta fraude aquam vino miscētium, manauit, vox ὑδαρὴς, pro parum sincero, & fraudulento. vt in Aeschyli Agamemnone, ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι.

καὶ ἐπὶ θέαν ἰέναι.] Corruptissimum locum minima mutatione, sic emendandum censemus: καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ, πορεύεσθαι, ἐκ τῶν τοὺς εἰς· ἡνίκα δὲ πρόσικα ἀφιᾶσιν οἱ θ. Imperiti homines cùm non possent legere illa ἐκ τῶν, pepererunt nobis istud ἀπιὼν, quod huc nulla ratione quadrare potest. Iam suprà diximus lucar Athenis pendi solitum ab iis quis locum in theatro habere vellent. cuius moris auctorem grammatici faciunt Periclem, quem aiunt primum fecisse τοὺς τόπους ὠνητούς. Propterea viritim accipiebant de ærario certam pecuniam, vt haberent etiam pauperes vnde possent sumptum illum facere, & locum sibi ad spectandum emere, quod θέαν ἀγοράζειν vocabant. Inde tam multa apud oratores Atticos, Demosthenem maximè, de pecunia theatro destinata. Hanc mercedem ei dabant qui hîc vocatur θεατρώνης, apud Aristophanem θεατροπώλης: non sunt enim, vt prima fronte possint videri, hæ duæ voces inter se relatæ, sed de eodem, etsi diuersa ratione, dicuntur. Θεατρῶναι sunt, redemptores theatrorum, qui facienda & extruenda subita theatra conducebant: constat enim veteres Athenienses spectasse ἀπὸ τῶν ἰκρίων. Iidem mox in extructo theatro sedes siue foros spectaturientibus vendebant, vnde dicti θεατροπῶλαι, οἱ θέαν ἀπομισθοῦντες, inquit Pollux. Demosthenes, cum à quo sedes erat emenda, architectum appellat, in ea pro

Corona, & eius interpres verus perſæpe, propter eam quam expoſuimus rationem. Duobus autem obolis ſpectabant Athenienſes. Demoſthenes pro Corona, ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν: vbi mirè turbat Græcus interpres, non ratò nimis quàm impeditus dicam, an imperitus? Ariſtophanes Veſpis,

Ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πώποτ' οὐδαμοῦ,
Πρὶν ἐς Πάραλον· καὶ ταῦτα δύ' ὀβολὼ φέρων.

Scholiaſtes: Ἰκρίοις θεωροῦντες, τοὺς δύο ὀβολοὺς παρεῖχον. Reperio tamen vnam aliquando drachmam dari ſolitam. Heſychius Δραχμὴ χαλαζῶσα· ἐπὶ Διοφάντου τὸ θεωρητικὸν ἐγένετο δραχμή. Vide primam Olynthiacam, & ibi Vlpianum. Porrò videntur hi theatrorum redemptores ſub finem ſpectaculorum facilè quemuis vel gratis ſoliti eſſe admittere: id enim Theophraſtus iſto loco manifeſtò innuit.

τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον.] Qui publicè legati aliquò proficiſcebantur, accipiebant ex ærario legatiuum. Marcellinus in Hermogenem, Νόμος τὸν πρεσβευτὴν λαβόντα παρὰ τοῦ ταμίου τὰ ἐφόδια ἄχρι τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν. Legatiui modus fuit, binę in ſingulos legationis dies drachmæ: quod etſi paruum videatur ad noſtra tempora ſi referas: illis tamen temporibus magnum fuit. Indicio eſt Ariſtophanis iſte locus Acharnenſibus,

Ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν,
Μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας
Ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος. Διοίμοι τῶν δραχμῶν.

Romanorum veterum non diuerſa fuit frugalitas, qui Tiberio Graccho rem agenti publicam extra vrbem, ſumptum diurnum aſſignarunt nouem obolorum: auctor Plutarchus. Hanc autem pecu-

niam,

niam, non tantùm ἐφόδιον, vt hîc & apud Demosthenem, sed etiam πορεῖον vocabant. Auctor Etymologici, Πορεῖον, τὸ διδόμενον τοῖς πρεσβευταῖς περὶ τοῦ πορευθῆναι εἰς πρεσβείαν ὥσπερ ἐφόδιον. Porro exemplum similis βδελυρίας in Pisone exagitat M. Tullius.

τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μ. φορτίον.] Intelligit stragulam vestem, & alia instrumenta viæ, quæ olim moris fuit iter facientibus secum deferre. cuius rei passim exempla sunt in veterum monumentis. Has sarcinas quæ στρωματόδεσμα Græcis vocantur, Senecæ, sagma, vnus aliquis validus seruus ἀναφόρῳ siue ærumnulis religatas gerebat: vnus, inquam: plurium enim opera in eam rem vti mollis & delicati nimis habebatur. quare Æschines Demostheni vitio vertit, quòd eũ legatum sequerentur duo serui cum duabus sarcinis: συνηκολούθουν δὲ, inquit, αὐτῷ ἄνθρωποι δύο στρωματόδεσμα φέροντες. videbatur enim hominis esse nimis mollis & effœminati, tot rebus ad corporis cultum pertinentibus seruos onerare. Atque hoc ipsum in Romanis notat Seneca primo Naturalium quæstionum. *Adeo*, ait, *omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, vt quicquid mundus muliebris vocabatur, sarcinæ viriles sint: minus dico; etiam militares.* & Suetonius aliquot locis. Hunc seruum vocat Theophrastus ἀκόλουθον, & ita Xenophon in tertio Commentariorum extremo: & alij. & sanè ἀκόλουθος erat, quia onustus herum suum sequebatur. Sciendum tamen, propriè ἀκολούθους dici pueros, qui viros nobiles & honoratos, honoris caussa sequebantur. Hesychius, Ἀκόλουθος, ὁ νεώτερος παῖς. θεράπων δὲ, ὁ περὶ τὸ σῶμα. Atque hu-

iusmodi elegantes pueros plures habere Athenis inuidiosum fuit: ac ne legibus quidem permissum, vt testatur Vlpianus in eam Demosthenis contra Midiam. Meliùs hoc sanè & castiùs Athenienses quàm Romani: quorum nota est licentia effrenata, in alendis ornandísque pædagogiis: de quibus non repeto quæ sunt à doctis hominibus obseruata. Eapropter scribit Tatianus, Romanos solere παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδας συναγείρειν. Similis querela Clementis de sui temporis hominibus, οἰνοχόων τε ὅμιλος ἀσκεῖται παρ' αὐτοῖς, καὶ μειρακίων ὡραίων ἀγέλαι, καθάπερ θρεμμάτων, παρ' ὧν ἀμέλγονται τὸ κάλλος.

μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν.] Quoniam plures seruos secum ducere ad sarcinas portandas, & magni sumptus res erat, & præterea inuidiæ obnoxia, vt modò dicebamus; propterea sæpe eueniebat vt vnus ille qui duceretur, pondere iniquo oneraretur. quod genus iniquitatis, ita frequenter vsurpabatur ab Atheniensibus, ætate Aristophanis, vt comici eorum temporum, non aliud argumentum sæpius in suis fabulis tractarint. In omnibus enim illorum comœdiis erat semper misellus aliquis seruus, qui onere pressus clamaret Θλίβομαι, vel Πιέζομαι. Eam ob causam Aristophanes æquales suos comicos tanquam insubidos, ineptos, & eadem semper chorda oberrantes castigat, cùm in Ranis, tum in parabasi illa elegantissima, quæ est in Pace: & tamen idem ipse poëta Pasiam similiter querentem inducit in Ranis. vide initium eius fabulæ.

ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν.] Notabis ἐλάχιστα pro

pro ἐλάττω. Aristoteles tertio Topico. μάλιστα γὰρ τὸ στερεὸν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πίπτει τοῦ ἐπιπέδου. τὸ δ' ἐπίπεδον μᾶλλον τῆς γραμμῆς· γραμμὴ δὲ σημείου μᾶλλον. & hîc μάλιστα pro μᾶλλον. Idem, libro De sensu & sensili, χειρίστην ἔχομεν τῶν ἄλλων ζώων τὴν αἴσθησιν ταύτην. χειρίστην dixit pro χείρω. Quare nihil opus emendatione, quod quibusdam videbatur.

σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω.] Σαπρὸν oleum est, τὸ πεπαλαιωμένον, vetustate corruptum, ac rancidum, & cuius odorem nequeas perferre, vt ait Horatius. Græcis ταγγὸν propriè. Putre oleum dicere noluimus: qui præsertim didicissemus ab Aristotele τὰ λιπαρὰ magnam partem esse ἄσηπτα. Atticis autem σαπρὸν & νέον, siue νεαλὲς sæpe opponuntur: vbi ineptissimè σαπρὸν *putre* reddideris, vt est à veteribus Græcis grammaticis obseruatum. Sic σαπρὸν οἶνον interpretantur grammatici veteres, τὸν πρὸς τῷ τέλει ὑλώδη. & σαπρὸν λύχνον vocabant lucernam quæ non luceret. B. Chrysostomus homilia IV. in epistolam ad Timotheum, διὰ τοῦτο καὶ σαπρὸν λύχνον ἐποίησας, πρὸς τὴν ἐγκεχειρισμένην θεραπαινίδα ἀεὶ λέγομεν. denique vt ibidem obseruatur, σαπρὸν appellant Græci quicquid cũ præstare vsum non potest, ad quem est comparatum. Verba Chrysostomi sunt: πᾶν ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν.

καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν.] χαλκοῦς accipe pro quibusuis parui pretij nummulis: quales Athenis fuêre & χαλκοῖ, quos *æratos obolos*, Plautus dixit: & κόλλυβοι, & σίλαι, & κραπάταλλοι, quorum omnium mentio in comœdiis. Tales apud Romanos lupini, & plumbei illi nummi, de quibus apud Plautum & Martialem. Raro autem Atheniẽses æreos num-

mos cuderunt. vide Aristophanem Concionantibus, & eius scholia: necnon Athenæum libro XV. vbi de Dionysio, cui cognomen Χαλκοῦς..

δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος.] Ἀπαιτεῖν, positum & hîc, & paullò antè pro μεταιτεῖν: id enim propriè μεταιτεῖν est. Aristophanes, Ἀτ' ἂν εἴσω τις φέρῃ, τοῦ-των μεταιτεῖ τὸ μέρος. sic apud Demosthenem. Vel ἀπαιτεῖν accipe pro vehementiùs petere, & quasi flagitare: ab inuito denique per vim quodammodo extorquere tanquam debitum. Αἰτεῖν est poscere quod gratiæ apponatur acceptum. ἀπαιτεῖν, repetere quod sibi debeatur. Andocides orator, ταῦτα ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ.

κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν.] Olim apud Græcos cùm duobus simul ambulantibus alter in via aliquid inuenerat, statim alter, Κοινὸς Ἑρμῆς aiebat: partem rei inuentæ his verbis sibi vindicans. Hesychius, Κοινὸς Ἑρμῆς, παροιμία ἐπὶ τῶν κοινῇ τι εὑρισκόντων. Romani non multò aliter. Seneca epistola centesima & vigesima. *Quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, In commune: ipse mihi dico.* Lucianus in Votis vtriusque formulæ meminit: Κοινὸς Ἑρμῆς φασί· καὶ, Ἐς μέσον κατατίθει φέρων τὸν πλοῦτον. Notat hunc morem Leo Imperator, Constitut. LXX. Συνοδῖται πολλάκις εὑρήματι περιτυχόντες, εἰ καὶ μὴ κατ' ἴσον ἔβαλον ἐπ' αὐτὸ τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς, ὅμως διὰ τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κοινωνίαν, κοινὴν τὴν τοῦ εὑρήματος κτῆσιν πεποίηνται. Affinis huic alia parœmia Græcorum, Σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ, de qua Hesychius, & Eustathius in Odysseam η. Notum est quid sit ἕρμαιον. Plato Charmide, Ἕρμαιον, ἔφη, ὦ Σώκρατες, γεγονὸς ἂν εἴη ἡ τῆς κεφαλῆς ἀσθένεια τῷ νεανίσκῳ, εἰ ἀναγκασθήσεται, &c. *In lucro,* inquit,

inquit, *ponere debebit puer hic capitis morbum, si futurum est, vt per occasionem sanandi capitis, etiam mens sanetur.* Interpres nouus etiam hîc clara luce cæcutiit. Sic etiam dicunt *εὕρημα ποιεῖσθαί τι.*

τὰ δ' ἢ τοιαῦτα φειδ.] Lego, *πρὸς δ' ἢ τὰ τοιαῦτα, φειδ.* vel *τά τε δὴ τοιαῦτα καὶ φειδ.* hoc est: Eiusmodi homini, cùm hæc conueniunt quæ diximus, tum illa quæ sequuntur. sic infrà, capite *περὶ δυσχερείας.*

φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πυνδακα ἐκκεκρουμένῳ μετρεῖν.] Mirificam lectionem. An verò quisquam ita parum iudicio valet, vt putet moribus eius qui hîc describitur, hoc est, sordidissimi hominis & auaritia perditi, cōuenire, vt suis famulis diaria metiatur mensurâ, non dicam quæ pertusa sit, & perpluat: sed quæ fundo omnino careat? id enim ista lectio egregia præ se fert. Cur non eadem opera credat aliquis aquam se cribro haurire posse, aut Danaïdum πίθῳ continere? Sed rès ipsa loquitur, nihil inquinatius ista lectione, nihil infrunitius esse posse. quod non esse ab interpretibus animaduersum, rem tam absurdam, tam ineptam, mirarer si quisquam esset qui non miraretur. Emendatio verò in promptu. Lege *ἐγκεκρουσμένα*, vel *εἰσκεκρουμένα*, aut *εἰσκεκρουσμένα.* nihil enim refert. Sensus ex versione apparet: nititur hæc emendatio nostra, certissimis & *γεωμετρικωτάτοις* rationibus. Est autem defœda quæ istis verbis notatur auaritia. Non desunt hodiéque qui simili artificio vtantur, dum vel oleum vel vinum, vel alia vendunt, quæ mensura aut stannea aut ferrea mensurari solent. Id genus mensurarum videtur Theophrastus *φειδώνια μέτρα* nuncupare: cùm enim ex varia materia confici mēsuræ soleant,

non omnis profectò huius fraudis est capax: sed illa demum quæ malleo tractari, flecti, subigíque potis est. Talem igitur mensuram intelligit hoc loco Theophrastus, & Phidoniam appellat, cum vulgo Atheniensium, sine dubio. quamquam eius appellationis hodie rationem explicare non possumus, Nam etsi & Strabo noster & veteres grammatici φειδωνίων μέτρων mentionem faciunt: nihil tamen extare memini, quod hunc mihi locum satis explanet: nisi quis putet φειδώνιον μέτρον hîc dici mensuram illam, siue ἐλαιηρὸν ἀγγεῖον quod Athenis vocabatur φείδων, auctore Polluce. mihi quidem id non placet. Hoc igitur mittamus: illud teneamus, sic esse vt emendaui, legendum. Pherecrates Λήροις, λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πυνδακα εἰσέκρουσε. Non dubium ad eandem fraudem pertinere hunc Pherecratis locum. Iuuenalis,

Seruorum ventres modio castigat iniquo.

Similis Saluiani querela libro tertio. *Seruis*, inquit, *etiam si stipendia vsitata præstentur, consuetudini hæc magis quàm sufficientiæ satisfaciunt: & ita implent canonem, quòd non explent satietatem.* Εἰσκεκρουμένα ἀγγεῖα, aut ἐγκεκρουμένα, Ciceroni dicuntur *vasa collisa.* fit enim collisione ἢ εἴσκρουσις. sic vocat Hippocrates ἐσπεφλασμένον & ἐμπεφλασμένον ὀστέον, quod sit incussum, & ex collisione intro cesserit. Aliud est ἀποκρούεσθαι: quod de vasis dicitur per collisionem fractis, aut quibus vel labrum vel ansa vel emblema fuerit excussum. Aristophanes Acharnensibus,

---ἀλλά μοι δὸς ἓν μόνον
Κοτυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον.

Scholiastes exponit, ἀποκεκλασμένον. Legimus in hoc

hoc versu comici κοτυλίσκιον, non vt vulgò, κυλίσκιον, secuti auctoritatem Athenæi & Eustathij. In Athenæi codicibus ἀποκεκομισμένον malè legitur hodie ex glossa, pro ἀποκεκρυσμένον. Locus est libro vndecimo.

σφόδρα ἀποψῶν.] Oppidò quàm bellè conueniunt hæc superioribus. Est enim σφόδρα ἀποψᾶν, hostorio cumulum diruere, & demere studiosè, quod mensuræ superest. Sic accipit Hesychius in ἀπομάκτρας. & apud Pollucem libro quarto τὰ οὐ κατεψημένα μέτρα, quibus non est dirutus radio cumulus, In vetere Glossario sic scriptum extat, ψηκτὸς μόδιος, *Rasus*. Lego ψηστὸς: est enim à ψάω. Dicitur & ἀπομάττειν: vnde apud Lucianum in Πλοίῳ chœnix ἀπομεμαγμένη: & apud Syracusanum poëtam,

Οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς·

quem locū ne pluribus nunc exponam, non solùm librorū, sed & otij inopia facit. raptim enim ista, & in itinere scribebamus Inde ἀπόμακτρα, siue ἀπόμακτρον radius. quod & ἀπόψηστον, & ῥόχανον dixerunt. Reperio & ἀπὸψήκτιον in veteri Glossario inter interpretationes vocis *ruplus*, siue *replus*. de quo aliâs. Contrarium τῷ ἀποψᾶν est κορύσσειν. Glossarium, κορυστὸς μόδιος *cumulatus*. doctè sanè. Hesychius Κορυστὸν, ἐπίμεστον. minùs rectè ibi vulgò, κερυτόν. Idem grammaticus κορύσσειν paullò antè exponit αὔξειν, *amplificare*, *cumulare*. quæ interpretatio conuenit huic loco Pindari in Pythionicis. Σιὸν κορυσσέμεν ὀρθοβούλοισι μηχαναῖς. Opponitur etiam τῷ σφόδρα ἀποψᾶν verbum σαλεύειν, quod grato debitori quadrat, qui non eadē tantùm, sed cumulatiore etiam mensura quod accepit vult reddere. D. Lucas capite sexto, μέτρον καλὸν, τε-

λὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον, δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. cuius loci singularis mihi semper & admirabilis visa est elegãtia. Obseruauimus etiam apud poëtas affinem huic vocem, σαλάττειν, pro implere aliquid largiter: propriè tamen est mouere, concutere, idem quod σαλεύειν. Leonidas poëta epigrammatarius in Anacreontem,

Πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ Θάεο.

En, inquit, *Anacreontem vino ita obrutum atque impletum, vt etiam redũdet & diffluat.* Hesychius, Σαλάξαι, καταχλύσαι, κινῆσαι. perperam enim in vulgatis codicibus, καταχλῆσαι. Macedonius libro sexto Græcorum epigrammatum,

Κισσοκόμᾳ Βρομίῳ σάτυρον σεσαλαγμένον οἴνῳ
Ἀμπελοεργὸς ἀνὴρ ἄνθετο Λυαγόρας.

ὑποθεῖναι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι.] Videntur hîc voculæ quædam deesse, quas sine libris supplere non erat opis nostræ: ac ne officij quidem fortasse erat: diuinationis enim res est, non eruditionis, aut ingenij. Capiat igitur, qui volet, per me quidem coronam, & incipiat hic ariolari: nos Oedipi nõ sumus. Fuit cùm legebamus ὑπέγγυόν τε παρὰ φίλου τὶ λαβὼν, ἀποδόσθαι. vt hic notetur duplex βδελυρία istius. Altera, quòd mutuò dans aliquid amico suo, pignus ab eo accipit: altera, quòd id ipsum pignus mox vendit, sicut facere solent difficiles & inhumani creditores, si debitum sua die non fuerit solutum. Næ qui hunc locum primi deprauarunt, digni fuerunt, quibus pro hac noxia multæ prægnates infligerentur plagæ cum hoc sũperdicto, Μὴ κακούργει τὰ τῶν Μουσῶν.

ἔλαττον τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι.] Apud Latinum

num comicum Dordalus leno in Persa sexaginta minas soluturus, duos nummos retinet: vt ille quidem ait, pro crumena: re autem vera, ea causa erat quam hîc Theophrastus notat. Propterea ait Toxilus,

Sine quæso quando leno'st, nihil mirum facit.

καὶ φράτορας ἑστιῶν.] Quemadmodum apud Romanos fuêre dies curiæ, vt Cicero vocat, hoc est, curialium conuiuia: ita etiã apud Athenienses: fuitq; hoc, χορηγίας vnum genus, è quamplurimis quæ in ea Republica fuerunt. Vide Harpocrationem in voce ἑστιάτωρ, & Demosthenis orationem contra Midiam, & eius interpretes multis locis. Moris etiam fuit vt septima decimáve die postquam aliquis infans erat natus, celebrarentur eius nominalia, & conuiuio exciperentur curiales: quò putet fortasse aliquis hæc pertinere, propter verba sequentia. verumtamen possit & ad priorem morem commodè referri.

ἡμίση τῶν ῥαφανίδων ἀποχέαφεσθαι.] Iam protulimus ex Aristophanis Ranis, Τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκε τῆς μαινίδος; item, ποῦ τὸ σκόροδον τὸ χθεσινόν; τίς τῆς ἐλάας παρέτραγε; vide ad superius caput. Plautus Persa,

Nam id demum lepidum est, triparcos homines vetulos, auidos, aridos
Bene admordere, qui salinum seruo obsignant cum sale.

Iuuenalis verò elegantissimè de sordido homine loquens, satira decimaquarta.

Ipse quoque esuriens; neque enim omnia sustinet vnquam
Mucida cærulei panis consumere frusta:

Hester

Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembris: nec non differre in tempora cœnæ
Alterius conchem, æstiui cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio putrique siluro,
Filáque sectiui numerata includere porri.

Lucianus de quodam è cœna domum reuerso, ἀεὶ δ' ἡμῶν παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ καλόν τι ἐσῶπι παραδεδώκει, καὶ ἐπισημηνάμενος ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει.

Ad caput περὶ ἀκαιρίας.

Ἡ Μὲν οὖν ἀκαιρία.] Appellat Theophrastus ἀκαιρίαν, vitium ei virtuti oppositum, quæ εὐκαιρία vocatur, & ita à Platone definitur. Εὐκαιρία χρόνου ἐπίταξις, ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν ἢ ποιῆσαι. cui definitioni simillima est ἡ τοῦ καιροῦ apud eundem. Καιρὸς est, inquit, ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Stoici non εὐκαιρίαν, sed εὐταξίαν, vt auctor est in Officiorum libri M. Tullius, hanc virtutem appellabant: ipse Tullius, *ordinem rerum, & temporum opportunitatem,* vel vno nomine *modestiam.* modestiæ enim nomine complectitur ille tam μετριότητα, quàm εὐταξίαν. duplicem namque facit modestiam: alteram, in qua modus spectatur: ea est μετριότης: alteram, in qua ordinis conseruatio: ea est, vt diximus, Stoicorum εὐταξία. neque dubium est, Ciceronem duabus dictionibus fuisse vsurum, si potuisset, hoc est, si tulisset Latini sermonis paupertas. Modestiam hanc, siue εὐταξίαν definiri ait ille à Stoicis, vt sit, *scientia earum rerum quæ aguntur aut dicuntur suo loco collo-*

canda

tandarum. rectè ſanè & eleganter. Andronicus noſter, ſic: Εὐταξία, ἐμπειρία καταχωρισμοῦ πράξεως. ἢ, ἔχουσα τοὺς καταχωρισμοὺς πράξεων. Non potuit rotundiùs vis Græcorum verborum exprimi, quàm vt fecit Cicero. Adiicit Andronicus & aliam definitionem, ἢ περὶ τὰς πράξεις ἔχουσα τὸ βέβαιον. alludit horſum Tullius, *Talis eſt igitur* (ait) *ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe & conuenientia*. Τὴν ἀκαιρίαν idem auctor *inſcientiam temporum* elegantiſſimè vertit. *Importunitatem* verò caue dixeris. In ſchida manu exarata reperi hanc ἀκαιρίας definitionem: Ἀκαιρία ἐστὶ λεῖψις καιροῦ καθ' ἐπιτυχίαν προθυμίου τοῦ ζητουμένου.

ἔστιν ἐπίτευξις.)] Nihil mutandum. Attici ἐπιτυγχάνειν pro ἐντυγχάνειν vſurpant. vt Plato ſexto Legum. ergo etiam ἐπίτευξις. pro ἔντευξις.

καὶ δίκην ὠφληκότα ἐγγύης.] Hoc veteres Latini dixiſſent, *Eum qui ſponſionem exactus fuerit*. Plautus, *Quas ſponſiones pronuper tu exactus es*. Cicero: qui quod pro alio ſpopondiſſet, coactus fuerit dependere. At κελεύειν αὐτὸν ἀναδέχεσθαι eſt *ſponſum vocare*: Horatius:

Hic ſponſum vocat, hic auditum ſcripta.

Notum quid ſit ἀναδέχεσθαι. inde, ἀνάδοχος. Gloſſarium, *Præs*, ἔγγυος, ἀνάδοχος. alibi, *Vades*, ἔγγυοι, ἀνάδοχοι.

δεινὸς δὲ καὶ προσάγειν ὠνητήν.] Mos fuit Athenis, vt qui vellent aliquid vendere, certorum hominum opera vterentur ad reperiendum emptorem. Eos homines Dinarchus & Iſæus, ait Pollux, προπράτορας vocarunt: Ariſtophanes προπώλας: Plato

προπωλοῦντας. Hodie quoque multũ illis mercatores vtũtur:vocãtúrque vulgo Italico, vt opinor, vel Hispanico nomine *cursuatores*. De iis accipiẽdus est iste locus:itemq́; hic Platonis in duodecimo De legibus, vbi de fideiussoribus disputans, Ἐγγυητὴς μὲν δὴ, inquit, καὶ ὁ προπωλῶν ὁτιοῦν τοῦ μὴ ἐνδίκως πωλοῦντος, ἢ καὶ μηδαμῶς ἀξιοχρέω. ὑπόδικος δ' ἔστω, καὶ ὁ προπωλῶν, καθάπερ ὁ ἀποδόμενος. *Fideiussor esto qui rem alienam vendit, eius qui non iure vendat, aut qui non sit futurus auctor idoneus. Tenetor ergo euictionem præstare, tam is qui rem alienam vendit, quàm is cuius res est.* Statuit philosophus, vt ὁ προπράτωρ qui aliquid emendi cuipiam auctor fuerit, habeatur pro fideiussore: adeo vt si res empta, fuerit ab emptore euicta, (vtpote quòd venditor parum bona fide eam possideret) liceat emptori cum proxeneta & parario in iudicio experiri, non-secus ac cum eo cuius res esse tum dicebatur cùm væniret. Hæc mens Platonis. Romæ quoque, vt Vlpianus docet, venditores aliquando fideiussorem interponebant. quem, ait ille, vulgò auctorem secundum vocabant. Glossarium, *Secundus auctor*, βεβαιωτής. Sic etiam per intercessorem æs alienum faciebant, vt indicat Seneca epistola cxx. & libro II. De beneficiis. meminit & libro III. vide epistolam Alciphronis: quæ incipit Μέγα ὦ, *&c.* & apud I C. de proxeneticis libro I. Pandectarum.

ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων.] Sic capite sequenti, οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστάς sumptũ à more qui in concione & curia seruabatur: nam qui verba facturi erant, surgebant.

καὶ θύοντας καὶ ἀναλίσκοντας ἥκων.] Lege ὡς θύοντας.

hoc

hoc eſt, πρὸς θύ. Iam ἀναλίσκειν, non eſt ſimpliciter ſumptus facere, vt putarunt interpretes: ſed comedere atque epulari. Sic enim accipi illam vocem, vel ex vno Athenæo nótius eſſe poteſt, quàm vt moneri quiſquam debeat. Sic & δαπανᾷν vſurpant. Xiphilinus de Vitellio, τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάνα. & δαπάνη pro cibo, recentioribus Græcis: Mauricius libro XI. φέρει δίψης καὶ δαπάνης ἔνδειαν. idem in verbo *conſumere* eſt apud Latinos.

τόμον ἀπαιτήσειν.] Ne hîc quidem τὸ ἀπαιτεῖν vſitatam ſignificationem retinet, quæ eſt, repoſcere rem ſuam: ſed ἀπὸ ita accipi debet, vt in ἀπελπίζειν apud Euangeliſtam: vtque in ἀπεσθίειν, & aliis accipi debere fusè docet Athenæus. Notum eſt autem conuiuia rem ſacram ſolita olim comitari: aut ſi conuiuium celebrare nollent, è victima partes ad amicos mittebant. Theocritus Bucoliaſtis,

---καὶ τὺ δ᾽ ὁ θύσας
Ταῖς Νύμφαις, Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον.

Plautus Milite,

Sacriſicant? dant inde partem maiorem mihi quàm ſibi.

καὶ παρὼν δίαιτη συγκρύειν.] Intempeſtiua commemoratione iuſtorum alterius partis: quorum commemorandorum non id eſt tempus, ſed id potiùs, quando apud iudicem res agitatur. Ibi enim ſtricto iuri, hîc æquitati locus eſt. Peccatur igitur ab iſto inſcitia temporis. Hoc moneo, quia poterant hæc videri ad περιεργίαν, de qua capite ſequenti, referenda.

καὶ ὀρχησάμενος, ἅψ.] Omnino ὀρχησόμενος legendum. Vt ait Cicero, ſaltatio, comes erat extre-

ma conuiuij tempestiui : cùm enim erant bene sa-
turi, ac bene poti, tum ad saltandum animum
appellebant. Suprà nota erat ἀπονοίας, siccum, nec-
dum vino plenum saltare. Dion Chrysostomus
in oratione ad Alexandrinos : Τοὺς μὲν ἄλλοις ἀνθρώ-
πους ἡ μέθη πρὸς ᾠδὴν τρέπει καὶ ὄρχησιν· παρ' ἡμῖν δὲ τοὐναν-
τίον ἐστίν. ἡ γὰρ ᾠδὴ μέθην ἐμποιεῖ καὶ ὄρχησιν. De saltandi
studio antiquorum, Athenæus, Lucianus, Macro-
bius, alij.

Ad caput περὶ περιεργίας.

Ἀμέλει περιεργία δόξειεν ἂν εἶναι.] Parum videtur vitium istud à blanditia, de qua dictum suprà, differre : differt tamen. Blando enim homini, vt eum nobis definiit Theophrastus, scopus est propositus delectare omnes, nemini molestus esse, in sermonibus quotidianis omnium offensionem vitare. Hoc si assequitur homo blandus, habet ille tota quod mente petebat, éstque eius voto abundè satisfactum. At is quem περίεργον Theophrastus hîc vocat, magis ad naturam adulatoris accedit: habet sanè hoc cum illo commune, quòd cùm officiosus admodum videri cupiat, ineptam tamen eius rationem init. fine etiam ac scopo parum sæpe distant : vterque enim alius gratiam cupit, non virtutis amore, sed quia sic suis rationibus conducere existimat. Omnino paruo interuallo separantur hæc tria, adulatio, blanditia, & περιεργία. quæ est officium ab eo profectum in quo non est affectio sed affectatio, vt cũ Tertulliano dicam. Hanc

possis

possis cum Cicerone, *fictum officium*, & *simulatam* vel *ineptam sedulitatem* dicere: Horatio simpliciter sedulitas, in illo:

Sedulitas autem, stultè quem diligit, vrget.

possis & *ambitionem*, Latinissimè. *Officium superuacuum* dicere cum interpretibus non placuit. nam τὸ περὶ in hac voce non tam quod superuacaneum est & non necessarium, notat, quàm id quod abundans est nimis & affluens & exsuperans, sicut in alia voce rectè explicat A.Gellius. *Curiosum officium* potiùs dixerim: vt loquitur Tertullianus etsi in alia re.

ἐπαγγέλλεσθαι ἀνάστας, ἃ μὴ δυνήσεται.] Accidere multis solet vt rogati aliquid, cui præstando pares se non esse probè sciant, nihilominus tamen id in se recipiant, & operam suam prolixè polliceantur. sic miseri in laqueos ipsi se induunt, vnde mox extricare se saluo pudore cùm cupiant, nequeant. Eius rei duplex causa esse solet: vel quòd pudet multos imbecillitatem virium suarum, & pauperiem suam denudare; vel quòd ita nati sunt, vt denegare quicquam rogati non sustineant, impediente illos pudore quodam subrustico, & planè inepto, quem δυσωπίαν vocant Græci: de quo legat decori & honesti studiosa iuuentus pulcherrimum Plutarchi commentarium: reperiet multa quæ ad περίεργον hunc pertineant. Hi sunt de quibus Seneca, *Multos*, inquit, *liberales facit frontis imbecillitas.* Neque aliena hinc illa Charini apud Terentium querela;

----*id genus est*, ait, *hominum pessumum*
In denegando modo queis pudor est paululum:
Post vbi iam tempus est promissa perfici,

Tum coacti necessario se aperiunt, & timent,

Et tamen res cogit eos denegare.

ἔν τινι στὰς ἐλεγχθῆναι.] Sensum, puto, expressimus: verba autem valde sunt deprauata. Arbitror autem locum esse mutilum: ideóque non ἐξ ἀφαιρέσεως, sed προσπαρατροφῇ potiùs curandum. Ita igitur expleo, ἔν τινι στὰς, δεικνύειν ὡς οὐχ οἷόντε ἐλεγχθῆναι. Si quis malit referre ad eum cui nulla probatio satisfacit, neque acquiescit iis quæ omnes esse vera fatentur, ita erit legendum, ἔν τινι στὰς, δεικνύειν ὡς οἷόντε ἐλεγχθῆναι. Molesti autem esse solent qui in re clara hærent; & à Latinis nodum in scirpo quærere dicuntur. Lucilius.

Nodum in scirpo insanè facere vulgus. Terentius.

At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. P. dignus es.

Cum tua religione odium: nodum in scirpo quæris.

Cicer. Æbutium cui personam hominis φιλέργου imponit, appellat *cognitorem viduarum, defensorem nimiùm litigiosum, concitum ad rixas.*

καὶ διεγείρειν τοὺς μαχομένους.] Non damno hanc lectionem optimè enim conuenit homini ineptè officioso. Tales autem multi passim reperiuntur, qui contendentes amicos rixantésque, suis acclamationibus εἶα, εἶα παῖε, accendant potiùs quàm vt eos diremptum eãt: quod erat veri amici officium. Sed nec διείργειν, quod aliquando in mentem mihi venerat, penitus damno: vt nimirum intelligamus, ineptum istum hominem, cùm aliquos videt inter se certantes, siue id verbis fiat, siue armis, (vtroque enim modo verbum μάχεσθαι accipi potest) temerè se in eorum contentiones immiscere: quasi pacificaturus

caturus illos ſit: cui tamen præſtando auctor non ſit futurus idoneus. Διείργειν ergo erit certātes inter ſe dirimere: quomodo accepit Plato in nono De legibus.

μὴ δύνασθαι εὑρεῖν ὅ πορεύεσθαι.] Scribe οἷ, vel ᾗ. paſſim ita peccatur. Cùm ait Theophraſtus μὴ δύνασθαι εὑρεῖν, ſcitè & venuſtè exprimit ἀγωνίαν æſtúmque hominis in biuio hærentis. Oppianus poëta doctiſſimus Ἁλιευτικῶν libro tertio:

..εἴκελος ἀνδρὶ
κείνῳ ὃς ἐν τριόδοισι πολυτρίπτοισι κυρήσας
ἔστη ἐφορμαίνων· κραδίη δέ οἱ ἄλλοτε λαιὴν,
ἄλλοτε δεξιτερὴν ἐπιβάλλεται εἰς ὁδὸν ἐλθεῖν.
Παπταίνει δ' ἑκάτερθε νόος δέ οἱ ἠΰτε κῦμα
Εἰλεῖται, μάλα δ' ὀψὲ μιῆς ὠρέξατο βουλῆς.

πότε μέλλει προάγειν.] Non tulit rex Antigonus περιεργίαν iſtiuſmodi, ne in filio quidem: à quo cùm eſſet aliquando interrogatus: *Quando ſumus caſtra moturi?* reſpondens ille, *Quid*, inquit, *vereris ne tubæ ſonum vnus omnium non audias?* Cæterùm videntur duces Athenienſium ſcripto ſoliti ſignificare, quid opus facto, ſuis centurionibus & tribunis. Vide Suidam in πινάκιον.

τῷ πατρὶ εἰπεῖν.] Non quò matrem deferre aut accuſare apud patrem velit: ſed vt patrem admoneat tempus eſſe vt cubitum eat, nè ſit matri iam cubanti imò iam dormire incipienti, longior exſpectatio moleſta. Δωμάτιον eſt κοιτών, thalamus ſiue cubiculum, vbi erant lecti cubiculares diuerſi à tricliniaribus. Plato III. De republica, de Ioue loquens, libidine inflammato, καὶ οὕτως ἐκπλαγέντα ἰδόντα τὴν Ἥραν, ὥστε μηδ' εἰς τὸ δωμάτιον ἐθέλειν ἐλ-

θεῖν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ βουλόμενον χαμαὶ ξυγγίνεσθαι. Ex isto loco Platonis apparet quare dicatur vxor maritum exspectare ἐν τῷ δωματίῳ: & quanta sit filij περιεργία ista curare, & matri suæ pene dixerim lenocinari. Cæterùm vocem δωμάτιον id significare quod diximus, cùm sit indubitati iuris: (Hesychius disertè alicubi explicat κοιτὼν) obseruauimus tamē, doctissimos viros sæpe hac illius notione non obseruata, grauiter peccare. vertêre enim passim *domus*, aut nescio quid aliud, contra auctoris sui mentem. Exempla reperies in Plutarchi Catone, in eiusdem Cimone, item Alexandro, Cæsare, Catone Vticensi, Demetrio, Antonio, & aliis locis apud eundem magnum scriptorem: vbi fere semper offendunt interpretes: quod in rudiorum iuuenum gratiam, non in doctorum hominum contumeliam dictum sit.

ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ καλλωπιζομένῳ.] Placet quod docti viri excogitarunt, μαλακιζομένῳ. videamus tamen num minore mutatione in integrum vulgata lectio queat restitui. Quid enim si ita scribamus? ὅπως μή τῳ δώσει οἶνον, καλλωπιζόμενος, ἢ φήσας βούλ. Τῳ est, *alicui*, nempe ægroto: quem planiùs illa mox designant, τὸν κακῶς ἔχοντα. at καλλωπιζόμενος est, *inepiè se illi venditans*. nam quia solus ex omnibus domesticis & amicis ægroti voluntati morem gerit, hoc iste suum in illum studiū ostentat & venditat: homo præposterus, qui id sibi gratiæ apponi velit quod iusta reprehensione dignum sit. Ita posse accipi verbum καλλωπίζεσθαι, docti non negabunt. sic apud Plutarchum in Antonio, ἐγκαλλωπίζεσθαι τοῖς αἰσχροῖς. *ostentare tanquam pulchra, quæ*

sint

ſint turpia. Omnino iſtam vocem mordicus retinendam cenſeo: vel propter effatum Coi ſenis, qui in lib. Περὶ ἰητροῦ, verè & eleganter, ζητεῖται ὁ νοσέων, inquit, οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. Verùm de hoc loco Theophraſti ampliùs cogitemus. Fortaſſe verùm eſt quod in margine vnius è Palatinis codicibus erat adnotatum καυματιζομένῳ. id erit, *febri ardente laboranti.* tunc enim maximè æger vino abſtinere ſinitur, quando ipſum febris illud genus habet, quod καῦμα vel καῦσον medici appellant. At illud εὐτρεπίσαι quod ſtatim ſequitur, non eſt *hortari* aut *inducere*, vt docti homines putant: ſed quod Hippocrates μετεωρίζειν dicere ſolet, hoc eſt, ægrotum in lecto iacentem attollere, & ita componere, vt poſſit commodè bibere.

καὶ γυναικὸς τελευτησάσης.] an τῆς ἰδίας? an τῆς τοῦ πλησίον καὶ φίλου? vtroque enim modo poſſis accipere. Quanta fuerit veterum περιεργία & ambitio in titulis cipporum, res ipſa indicat. Plato verò vt huic ambitioni ſtultæ, vt vocat Tertullianus; humanæ, vt Plinius; obuiam iret, legem hanc inter cæteras ferebat, Ne cui liceret tumulo cuiuſquam longiorem quatuor verſibus heroïcis titulum inſcribere, libro XII. De legibus.

ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκε.] O hominem non ſolùm περίεργον, ſed planè vacui capitis, &, vt ait Pindarus, χαλκῶν φρενῶν! Vult hîc iuriiurando quod adigitur fidem aſtruere, & ait ſæpius iuraſſe ſe: non poterat meliùs probare quanto haberet neglectui iuriſiurãdi religionem: quæ quidem in non iurando, aut quàm rariſſimè iurando maximè ſita eſt. vix eſt enim, vt qui ſæpe iuret, nõ interdum pe-

ieret. Quare optimo ſanè cõſilio Theophraſtus ſuprà inter hominis perditi profligatique notas hanc cũ primis numerabat, quòd facilè & leues ob cauſas iuraret. Scitè & eleganter Hierocles, Σέϐου, inquit, τὸν ὅρκον, τῷ μὴ προχείρως αὐτῷ καταχρῆσθαι, ἵν' ἐθισθῇς εὐορκεῖν, ἐκ τοῦ μὴ ἐθισθῆναι ὀμνύναι. Eſt enim veriſſimum quod Philo Iudæus ait De decem præceptis Legis, φύεται ἐκ πολυορκίας ψευδορκία, καὶ ἀσέβεια, & alibi idem, οὐ πίστεως ἡ πολυορκία τεκμήριον, ἀλλ' ἀπιστίας ἐστὶ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. Exemplum huius ſtultitiæ in his verſibus lepidiſſimi Menandri,

Γλυκέρα τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία
Καὶ τὴν Ἀθηνᾶν φιλτάτη, ὀμωμοκὼς
Καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

Ad caput περὶ ἀναισθησίας.

Ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία.] Eſt hoc vitium τῆς διανοίας, neque ad mores propriè refertur: opponitur enim ei virtuti διανοητικῇ, quam Græci ἀγχίνοιαν, Latini, puto, *ſolertiam* appellant. quemadmodum autem ſtupiditatem definit Theophraſtus *tarditatem mentis*, ſiue *animi*: ſic Platoni in Charmide definitur ἀγχίνοια ὀξύτης τις τῆς ψυχῆς: de eadem habes apud Ariſtotelem, & in VI. Nicomacheorum, & in priore Poſteriorum, & alibi: ſed nolo prætermittere eiuſdem definitionem, quæ eſt in libello Andronici, Ἀγχίνοιά, inquit, ἐστὶν ἕξις ἐξ ὑπογύου τὸ καθῆκον εὑρίσκουσα, καὶ καταστοχαζομένη τοῦ δέοντος. quæ prorſus huic loco eſt accommodata. Suetonius, in Claudio, ſtuporem de quo noſter, μετεωρίαν καὶ ἀϐλεψίαν elegantiſſimè vocauit. Vulgo qui

qui essent eiusmodi audiebant ἄσπλαγχνοι. Galenus libro III. De dogmate Hippocratis & Platonis, οὓς ἂν εἰς ἀναισθησίαν παντελῆ σκῶψαι βουληθῶσιν, ἀσπλάγχνους ὀνομάζουσιν. idem scribit & alibi. In sacris litteris & libris patrum εὔσπλαγχνος idem est atque ἐλεήμων. Est verò singulare ἀναισθησίας exemplum in eo qui asino vehens, cùm pluresis duceret, vnum sibi furto periisse seriò querebatur, illum nẽpe cui insidebat. Est in ore vulgi fabula: Sed vt rem gestam narrat Galenus in libris De vsu partium.

καὶ ταύτην εἰσιέναι μέλλων.] Dicitur εἰσιέναι τὴν δίκην, is qui admittitur ad caussam apud iudicem dicendam, siue coniiciendam, vt veteres loquebantur. Dicunt autem vtroque modo: & ὁ φεύγων, siue ὁ διώκων μέλλει εἰσιέναι τὴν δίκην ἢ γραφήν: & ἡ δίκη μέλλει εἰσιέναι: sic enim orator cùm in ea Κατὰ Μειδίου: tum in πρὸς Φορμίωνα.

καὶ ἐπὶ θάκου ἀνιστάμενος.] Legebam olim ἀπὸ θάκου: & ad huius loci illustrationem ita differebam. Si nihil aut deest, aut corruptum hîc est, sensus erit huiusmodi. Solet iste stupidus ac stolidus, cùm nocte tota se cibis supra modum onerauerit, posteaquam in theatrum venit, vino somnóque sepultus iacere: vix vt tandem euigilet, vt serò domum suã reuenire instituat, quo quidem in itinere sæpe accidat vt aberrãs à foribus suis, & incautiùs ad vicini ædes accedẽs, à mutis custodibus qui ad vestibulũ excubias agunt, mordeatur. Optimè autem concinit hoc ei quod modò dicebat, solitum τὸν ἀναίσθητον, in theatro dormientem solũ relinqui. Θᾶκος est theatrum, aut alius locus in quo sederi vulgò ad spectãdũ solet: θᾶκοι enim sunt sedes

& sub

& ſubſellia theatrorum. Latini, vt notat Liuius, *foros* appellabant. itémque *ſpectacula*, cùm ipſe Liuius tum alij: meliùs Græci θεωρεῖα: vide Heſychium in ἰκρίον. Atticum autem eſt, locum vbi multæ ſeſſiones & θᾶκοι ſint, appellare θᾶκον. Scholiaſtes Ariſtophanis in Nebulas, Θᾶκος καλεῖται ὁ τόπος Ἀττικῶς, ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεπτόμενοι. Sic alia loca vocabant Athenienſes ab iis rebus quæ ibi multæ erant aut multum. Sic exempli cauſa ἔλαιον vocabant vbi venale proſtabat oleum. Menander, ἀναμενῶ σε πρὸς τοὔλαιον. μύρον myropolium. vt in Ariſtophanis Equitibus, τὰ μειράκια, τὰ ἐν τῷ μύρῳ καθήμενα. πεσσοὺς, τὸ κυβεῖον, vbi calculis vel talis ludi ſolet: qui locus Ciceroni *ludus talarius*; Auguſto apud Suetonium, *forum aleatorium* dicitur. Euripides Medea,

Ἤκουσά του λέγοντος οὐ δοκῶν κλύειν
Πεσσοὺς προσελθὼν ἔνθα δὴ παλαίτατοι,
Θάσσουσι.

Scholiaſtes. Ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους. πεσσοὺς γὰρ νῦν καλεῖ τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ὄψον καὶ μύρα ἔνθα ταῦτα συνήθως ἐστίν. Pollux quoque notat dixiſſe poëtas comicos εἰς τὸν οἶνον, εἰς τοὖψον, εἰς τοὔλαιον, εἰς τὰς χύτρας, εἰς τὰ σκόροδα. & id genus alia. Ita debes accipere in hoc Alexidis loco apud Athenæum,

Τοῖς ἰχθυοπώλαις ἐστὶν ἐψηφισμένον
Ὥς φασι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα
Στῆσαι Παναθηναίοισιν ἐν τοῖς ἰχθύσι.

falluntur enim ibi interpretes, dum non animaduertunt dictũ eſſe ἐν τοῖς ἰχθύσι pro in foro piſcatorio, qui locus Plutarcho in Hyperide, ἰχθυόπωλις

ἀγορὰ nominatur: ſicut eidem in Timoleonte ἀγορὰ ὀψόπωλις dicitur quæ Atticè ὄψον. Sic etiam accipiendum apud Ariſtotelem, in nono de hiſtoria animalium, capite XLIII. vbi teredinem ait eſſe λίχνον ζῶον, & ſolitam aduolare πρὸς τὰ μαγειρεῖα καὶ τοὺς ἰχθύας. hoc eſt, τὰ ἰχθυοπωλεῖα: ſicut dixit Theophraſtus capite VI. ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, καὶ τὰ ἰχθυοπωλεῖα. Hæc igitur nos olim: cætera opinor, rectè, nec mutamus: at, de loci huius interpretatione, aliter hunc ſentimus. Nam pro ἐπὶ θάκου ἀνιστάμενος, quod nihil ſignificat; ſcribendum eſt ἐπὶ θᾶκον, vel ἐπὶ θάκους, inducta copula καὶ ante ἐπὶ, quæ ſenſum planè corrumpit: de eo namque loquitur Theophraſtus, qui poſtquam diu multúmque eſt helluatus, cogitur è lecto noctu ſurgere ad aluum, honos ſit auribus, exonerandam: quod conciſa & honeſta locutione dixit auctor ἀνίστασθαι ἐπὶ θάκους, *ſurgere ad ſellas*: id eſt, ſurgere è lecto vt eat ad ſellas. Certum eſt, veteres priuatarum latrinarum vſum hodiernum ignoraſſe. Qui paullo erant in re lautiore, laſanis & ſeruorum λασανοφόρων opera in eam rem vtebantur; ſicut poetæ Græci & Latini paſſim oſtendunt. plebs vilis è cubiculo & domo tota, vt plurimùm egrediebatur; & vel proxima quæque loca inhoneſta petebat; vel ſellas publicas, in vſum extrui ſolitas, & aquis fere imponi. hæc loca Græcis appellantur θᾶκοι vel θάκοι, propter eandem cauſſam, quam antea expoſuimus. quare etiam καθέδρας pro eodem vſurparunt. Epiphanius libro II. de morte impij Arij: κατὰ τὰς νύκτας εἰσελθὼν ὁ Ἄρειος εἰς θάκον πρὸς τὰς αὐτοῦ χρείας παρασκευασθῆναι, ἐλάκησε. ante Epiphanium B. Athanaſius, in epiſtola ad Serapionem:

nem: εἰσῆλθεν εἰς θάκους, ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός. Theodoritus libro primo de re eadem: εἰσῆλθεν εἰς καθέδρας ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός. pro eo quod idem libro I V. de hæresibus: εἰς τὰ δημόσια εἰσελήλυθε λάσανα. inde θακεύειν pro ἀφοδεύειν, *ire ad sellas*, vel *adsellare*, aut *adsellari*, vt sæpe apud Vegetium, in libris de re veterinaria. Iosephus Ἁλώσεως libro II. de Essenis: ὅθεν ὀρύξαντες θακεύουσιν εἰς αὐτόν. Hesychius explicat; θακεύουσι, κάθηνται εἰς τὰς χρείας. nam χρεῖαι hîc, quod eruditissimi viri non obseruarant, sunt alui necessitates, vt in superioribus locis aliquoties vidimus. Artemidorus libro primo, cap. II. inter hominis actiones ponit τὸ καθίζειν εἰς χρείας & θακεύειν, quæ duo idem significant. & fortasse alterum è glossemate irrepsit. quin ipsas quoque sellas appellarunt χρείας. Glossæ veteres: χρεῖαι ἐν αἷς ἀποπατοῦμεν, *latrinæ*. Hebræi, בית הכסא οἶκον καθέδρας. Latini *sellas* dicunt, vnde *sellæ familiæ*, vel *familiaricæ*, apud Catonem & Varronem in villæ descriptione. quidam historici inferioris ætatis, *sedem naturæ*. Græci verò eadem loca dixerunt etiam τὰ ἄβατα. Epiphanius aduersus Ariomanitas; τοῦ Ἀρείου προελθεῖν κατὰ τὰς νύκτας ἐπειχθέντος ἐπὶ τὸ παρασκευασθῆναι. διέρχεται μέχρι τοῦ ἀφεδρῶνος, καὶ ἔνδον ἐν τοῖς ἀβάτοις καθεζόμενος, εὑρέθη λακήσας. propriè ἄβατα sunt loca inaccessa, vel propter fœditatem, vt hîc: vel propter maiestatem, vt in libro De nominibus diuinis, qui Dionysij Areopagitæ esse dicitur, capite vltimo. ibi de natura Dei auctor disserens, οὐδὲ ὄνομα, inquit, αὐτῆς ἐστιν, οὐδὲ λόγος· ἀλλ᾽ ἐν ἀβάτοις ἐξῄρηται.

καὶ μὴ δυνάσθαι εὑρεῖν.] Notanda ista verba: quibus indicat se de eo intelligere qui non solùm quærat

rat quod ſit à ſe reconditum & certo loco poſitum, ſed qui omnino nequeat reperire. quod ſanè ſtuporis alicuius eſſe indicium fatendum eſt. Nam alioquin ſcimus hoc multis vſuuenire, interdum etiam iis qui ſint οὔτε φυῆς ἐπιδευέες οὔτε νόοιο, vt quod alicubi collocarint, ſtatim inuenire non poſſint. Quamquam quid hoc mirum, ſi etiam liberorum, aut amicorum aut ſeruorum noſtrorum nomina, quando vocare illos volumus, in mētem nobis non veniunt, ſed in primoribus labris hærent? Imò auſim dicere vix quenquam eſſe cui non aliquando vſuuenerit quod ille apud Plautum ait:

Iſtuc, in quit, *fieri ſolet,*

Quod in manu teneas atque oculo videas, id deſideres.

Et ſanè aliud eſt ἄγνοια, aliud ἀπροσεξία. *Interdum*, inquit Seneca, *ſcimus aliquid, ſed non attendimus.* Idem, epiſtola LXXII. *Quibuſdam euenit, vt quædam ſcire ſe neſciant, quemadmodum quærimus ſæpe eos quibuſcum ſtamus.* Propterea dicebat Cyrus apud Xenophontem, καλὸν ἐστὶ ἐν οἰκίᾳ ἐπιτήδευμα εὐθημοσύνη. Non diſſimile eſt illud de quo quærit in Problematis Alexander, διὰ τί εἰς τόπον τινὰ ἀπιόντες ἀναγκαίως, καταλαβόντες αὐτὸν διαβαίνομεν. Vide locum.

ἵνα παραγένηται.] Nempe vt funeri operam det, ſicut mos erat olim venire ad amicorū defunctorum πρόθεσιν. vnde eſt apud Iſocratem, παραγενέσθαι ἐπὶ τὸ κῆδος: apud Demoſthenem, παρεῖναι τῇ προθέσει τοῦ τετελευτηκότος. Ea πρόθεσις trium fere dierum erat: etſi legē Solonis vnus illi dies tantū præfinitus. poſtea ſequebatur ἐκφορά: efferebantur autem mortui ante ſolis ortum. verùm de his aliàs fortaſſe pluribus.

δακρύ

δακρύσας, εἰπεῖν, Ἀγαθῇ τύχῃ.] Contrarium oportuit, *Nollem factum*, aut, *Molestè fero*. Ineptè igitur iste formulam vsurpat, cuius vsus in re læta potiùs, vt cùm ducenda vxor, aut aliud quid suscipitur. Nam tum solebant dicere Ἀγαθῇ τύχῃ, hoc est, *Quod bene vertat*, vel, *Quod sit felix & faustum*, aut, *Felix hoc*, vel denique, *Bonum factum*. & apud Ciceronem ad Atticum libro VII. *Bene eueniat*, planè est Ἀγαθῇ τύχῃ, & quod dicit Persius, *hoc bene sit*: non Ἔσται μὲν εὖ, quod affert Bosius ex Aristotelis testamento. id enim aliam vim habet. Dicebant etiam εὖ πάθωμεν, cùm aliquid facere instituebant, vt apud Lucianum, qui è portu soluūt. Moris etiam fuit veteribus, quicquid aggrederentur, Dei nomen inuocare, & veluti bonæ scæuæ gratia dicere inter initia, θεὸς θεός. Annotant Hesychius & Eustathius ex veteribus criticis ad Ιλιαδ. ῥαψ. β. Porrò stuporis non dissimilis exempla habes in Suetonij Claudio capite XXXIX.

μάρτυρας παραλαβεῖν.] Tanquam videlicet flagitatum debitas pecunias iret: solebant enim illi testes secum adducere, vt si debitores inficias irent, aut caluerent, vt est in XII. præsto esset quem possent antestari, & qui eum vnde petebatur, vocaret in ius, quod κλητεύειν dicebant Athenienses. vide Nebulas Aristophanis. Vel imitatur stultè eorum morem qui debitas pecunias soluunt: nam illi solebant ambitiosè multos bonæ suæ fidei testes adducere. Demosthenes eleganter in ea contra Phormionē, ἴστε δήπου, inquit, πάντες, ὅτι δανείζονται μὲν μετ' ὀλίγων μαρτύρων· ὅταν δ' ἀποδιδόασι, πολλοὺς παρίστανται μάρτυρας, ἵνα ἐπιεικεῖς δοκῶσιν εἶναι περὶ τὰ συμβόλαια.

καὶ τροχάζειν.] Veteres & ſe & liberos ſuos curſu ſtudioſè excercebant: vocabant autem τρόχον, tam genus hoc exercitationis (cuius varias ſpecies habes apud Platonem De legibus lib. VIII) quàm locum ipſum. Ariſtophanes,

Βαδίζει μοι τὸ μειράκιον ἀπὸ τρόχων. Euripides Medea;

Ἀλλ᾽ οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι
Στείχουσι.

Vocabant & δρόμον: qua de voce plura alio loco ad lucem auctorum, faciente Deo.

καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν.] Delendum cenſeo τὸ καὶ ante εἰς κ. Intelligendum eſt excedere iſtum in hac parte, neque modum ſeruare. Eſt enim legitimus modus & omnis exercitationis finis, laſſitudo: inquit Seneca, epiſtola LXXXIIII. Clemens Alexandrinus, ὡς πόνους ἀτίων ἡγεῖσθαι ἄριστον, οὕτως τὸ ὑπὲρ τὸ μέτρον πονεῖν, καὶ κάκιστον, καὶ κοπῶδες, καὶ νοσοποιόν. Κόπον accipe, non laſsitudinem, ſed fatigationem, & incommoda quæ nimiam laſſitudinem conſequi ſolent, quæ à medicis explicantur. Hæc notare volui: nam alioquin laude dignum potiùs quàm reprehenſione iſtius iſtud ſtudium. Seneca De diuina prouidentia, *Non vides quantò aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos ad ſtudia obeunda maturè: feriatis quoque diebus non patiuntur eſſe otioſos: & ſudorem illis, & interdum lacrymas excutiunt.* Cauenda ſanè in educandis pueris laſſitudo corporis: quæ, vt ait idem alibi, conſumit quicquid in nobis eſt mite placidúmque, & acria concitat. quin eadem iuuenes reddit ſegniores: quam ob cauſſam ait Varro, illos qui catulos educant, non pati eos defatigari.

καὶ ἐν ἀγρῷ.] Cur ista adiiciuntur? An legendum ἐν ὕγρῷ. Nam, quemadmodum ait Xenophon, τὰ ἑφθὰ πάντα μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου ἐσκεύασται. Nihil pronuntio.

αὐτοῖς φακῆν ἕψων.] Lego αὐτός. Nam etiam in hoc est stultitiæ argumentum, quòd ipse ollam curat. Sic refert Plutarchus subsannatum fuisse Antagoram poëtam à rege Antigono, quum rex illum vidisset γόγγρον ἕψοντα, καὶ αὐτὸν τὴν λοπάδα σείοντα.

ἡ δύγε τῶν ἄστρων νομίζει.] Conclamatus locus, nisi meliores libri proferantur. nam quæ ab interpretibus afferuntur ad curationem huius desperantis vlceris, planè sunt omnia, quod ille ait, *gerræ germanæ, atque ædepol lire lire.*

κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας.] Appellat ἱερὰς πύλας portam Sacram Athenarum, cuius meminit Plutarchus in Sylla, vbi ἱερὰν πύλην vocat. sed vsitatum est Græcis qui puriùs locuti sunt, vt portarum nomina numero multitudinis efferant, vt πύλαι Μελιτρίδες eiusdem vrbis, & aliæ sexcentis locis apud veteres scriptores: idque Homerico ζήλῳ & imitatione, si veterum criticorum stamus sententia. Eustathius: Πληθυντικῶς τὰς πύλας, καὶ οὐχὶ ἑκάστην ἑνικῶς πολλοὶ γράφουσι τῶν παλαιῶν, παρασημειούμενοι ὡς οὐδέποτε πύλην λέγει ὁ ποιητής, ἀλλὰ πύλας. Latini aliter vt notum est: quare non rectè *Sacras portas*, vulgò hic vertunt. An autem certa aliqua fuit porta Athenis, per quam efferrentur mortui? Olim enim mortuos in plerisque ciuitatibus sepelire in vrbe fas non fuit. Romæ quidem disertè legibus XII. vetitum quod ex Solonis axibus puto translatum. Fuit etiam Athenis in nomophylacio ianua vna quam

quam χαρώνειον θύραν vocabant, qua educebantur ad supplicium, qui capitis essent condemnati: vide Pollucem, & Græcos parœmiographos. Testatur etiam Plutarchus, in aliis vrbibus Græciæ, portam quandam sceleratam fuisse, qua sontes, (nam extra pomœria, in reos animaduertere moris erat) τὴν ἐπὶ θανάτῳ ducerentur: ipse πύλας ἀποφράδας vocat. Hinc est apud Plautum prouerbium, *Extra portam ire*, in Milite. Seneca pater, Controuersiarum libro primo, *Dicendum est in puellam vehementer, non sordidè nec obscœnè. Sordidè Basilius qui dixit: Extra portam istam virginem.* Respondet illis Græcorum, ἐς Μακαρίας, & ἐς κόρακας. & ei quod est apud Tertullianum, *Malum foras.*

πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, Ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.] Non est is horum verborum sensus quem putant interpretes: Non enim optat efferri è suis familiaribus, aut eius quem alloquitur, mortuos: quod non esset stuporis nota, sed nescio cuius immanitatis. Enimuero peccatum idem hîc, quod suprà in Ἀγαθῇ τύχῃ. Lingua enim tardam hominis mentem præcurrit. Cùm igitur prouerbialis esset locutio de iis quorum copiam magnam indicare volebant; Tot esse quot sint in orco mortui: stupidus iste postquã audiit magnum esse mortuorum numerum, optat tantam sibi copiam, non mortuorum quidem, non: sed alius cuiusuis rei bonæ: puta, nummorum, vel modiorum tritici, aut nescio cuius: imò ipse quoque, qui est eius stupor, quid dicat aut optet, non satis scit. Apud Plautum in Pænulo Agorastocles adolescens, insanorum more loqui incipiens, simile quid ait, *Non hercle*, inquit, *mercam quantum Ache-*

runte est mortuorum; neque quantum aquæ est in mari, neque nubes omnes quantum sunt.

Ad caput περὶ αὐθαδείας.

Ἡ Δὲ αὐθάδεια.] Pertinet hoc quoque vitium ad τὰς ὁμιλίας, vt capite secundo annotauimus. Sunt enim quidam ita odiosè sibi placentes, tantúmque sibi tribuentes, &, (quod fere coniunctum est) ita alios præ se despicientes, vt difficile sit admodum cum iis versari: fere enim omnibus contradicere solent, & suam mordicus in omni re sententiam tueri. Grauitatis scilicet nescio cuius opinionem & famam aucupantur: neque sciunt grauitatem morum eam demum probandam, quæ comitate & hilaritate frontis iuncta, condîta & temperata fuerit. Hoc genus homines philosophus in Nicomacheis δυσκόλοις & δυσέριδας semper vocat: vbi elegantissimè incudi eos comparat, quæ cedere nescia malleum semper repercutit. Ait enim istos πρὸς πάντα ἀντιτυποῦν, τῷ λυπεῖν οὐδ' ὁ,ποῦν φροντίζοντας. Virtutem autem huic vitio oppositam in Nicomacheis quidem φιλίαν semper vocat: nouo quodam modo φιλίαν vsurpans, vt ipse explicat: intelligi autem voluit eo vocabulo, morum facilitatem, & grauitatem decenti conditam lenitate. quam iccirco φιλίαν, siue amicitiam appellat, quia sit optimum contractarum per virtutem amicitiarum coagulum. At in Magnis & Eudemiis σεμνότητα virtutem illam nuncupabat: sicut etiam facit Demosthenes in Erotico, vbi ait multos ἐπὶ σεμνότητος

αὐθά

αὐθάδεις fuiſſe habitos. Paullo aliter Plutarchus, qui Dionem ait Dionyſio minori fuiſſe inuiſum propter σεμνότητα, quam tyranni adulatores ὑπεροψίαν vocabant:& παῤῥησίαν, quam iſti αὐθάδειαν nuncupabant. Ariſtoteli verò id verbi videtur poſtea diſplicuiſſe; non enim de nihilo eſt, quod in accuratiſſimo opere mutauit, & φιλίαν dixit, voce præſertim ambigua, vt iam eſt oſtenſum. Sic etiã in iiſdem libris maluit δυσκόλους & δυσέριδας dicere quàm αὐθάδεις, vt in Magnis & Eudemiis. in Magnis verò etiam notationem nominis adiecerat: τοὔνομα, inquit, ἔοικεν ἀπὸ τοῦ τρόπου κεῖσθαι. ὁ γὰρ αὐθάδης, αὐτοάδης τίς ἐστιν, ἀπὸ τοῦ αὐτὸς αὑτῷ ἀρέσκειν. Latini hoc vitium, modò *ſuperbiam*, modò *arrogantiam*, modò *proteruitatem*, modò *peruicaciam*, ſiue *pertinaciam*, ſæpe *ferocitatem*, interdum *contumaciam* aut *truculentiam* nominant. Hominibus autem αὐθάδεσιν opponuntur homines *benigni & manſueti*, quos auctor ad Herennium *commodos* & *ſui cognoſcentes* vocat: quod planè contrarium eſt τῇ αὐθαδείᾳ, cui Plato tribuit τὸ ἄγριον καὶ ἀπηνὲς (inde eſt ἀπήνεια in deſcriptione Theophraſtea) in XII. De legibus. in IX. autem De republica, τὸ ὀφεῶδες & τὸ λεοντῶδες: vbi αὐθάδειαν etiam δυσκολίαν vocat, ſicut de Ariſtotele antè annotauimus. quam ob cauſſam non defuêre qui αὐθάδειαν vertendo, *moroſitatem* dicerent. Idem Plato in Politico pulchrè τὸν αὐθάδη deſcribit, ἀμαθῆ appellans, &, qui nihil probet niſi quod ſibi fuerit viſum: quique nunquam quenquam in conſilium aut aduocet, aut admittat. Ac videtur Terentius eum locum Platonis in animo habuiſſe, cùm faceret illa Mitionem dicere:

Homine imperito nunquam quicquam iniustius:

Qui, nisi quod ipse facit nihil rectum putat.

Euripides quoque Medea similiter,

Οὐδ' ἀςὸν, αἰτ, ᾔνεσ' ὅς τις αὐθάδης γεγὼς,

Πικρὸς πολίταις ἐςὶν ἀμαθίας ὕπο.

Non multùm diuersa est natura illius quem Græci ἰδιογνώμονα, vel αὐτογνώμονα dicunt. Cicero in Verrem, *sui iuris & sententiæ.* Pro ἀπήνεια diximus: *duritas*; quomodo illam vocem Cicero alicubi vsurpat. & Græcis quoque ἀπηνὴς exponitur σκληρὸς, *durus, intractabilis.* Glossæ: ἀπηνὴς, *inmanis, immitis, durus.* ἀπηνέςατος, *durissimus.*

τοιοῦτός ἐςιν, οἷος ἐρωτηθείς. *Superbum est,* ait Cicero, *non respondere, si habeas quod liqueat.* Proprium sanè est hominibus grauitatis opinionem ineptè affectantibus, vt sint ἀπροσήγοροι. De his Iuuenalis,

Rarus sermo illis, & magna libido tacendi.

Πράγματα μή μοι πάρεχε.] Hoc passim in ore hominibus superbis & reliquos fastidientibus. Plautus Truculento,

Quid hic vos agitis? PH. *Ne me appella.*

ST. *Nimium sæuis.* PH. *Sic sine.*

Potin' es vt molesta ne sies?

In Mostellaria Phaniscus de insolentia conseruorum conquerens, *vbi,* ait, *aduorsum vt eant, vocantur hero, Non eo, Molestus ne sis.* & iterum scena sequenti, & alibi. Quid quòd in Casina formulã hanc ipsam Græculorum arrogantium vsurpauit poëta ingeniosissimus? Ibi Stalino herus & Olympio seruus, sed qui dominum suum nequissimè θρυπτόμενος ludos faceret, ita loquuntur,

OL. *Ah odio es.* ST. *Mane verò quanquam fastidis.*

dis. OL. *Hei hei fœtet*
Tuus mihi sermo. ST. *quæ res? Etiámne astas?*
OL. *Enimuero.*

Πράγματά μοι παρέχεις.

ἀλλ' ἐρωτᾷν, τί εὑρίσκει;] Non potuit suas merces magis laudare. Sic Parmeno apud Terentium,

---quid tu ais Gnatho?
Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem
Thraso? tacent: satis laudant,

vbi τὸ *habes*, est, εὑρίσκεις, vt etiam Donatus explicat. quid si ita accipias, interrogat, *quid inueniat?* hoc est, iubet illum dicere, an quãtum ipse pretium mercis suæ inueniat. Planè ita hodie; *que pensez vous que i'en trouue.*

καὶ τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτάς.] Apparet subesse vlcus. Interpretes verò quos quidem vidi, parum dignè hinc se expediunt. Scilicet τιμᾷν, *stipem colligere* est. φεῦ τῆς δεινότητος! sed ad rem. Notat auctor in homine αὐθάδει contemptum diuini numinis, & religionis omnis: Ita enim ferè comparatum videas vt qui erga homines superbi sint, etiam erga Deum insolescant, eúmq; colere parum curent: ὁ γὰρ, inquit B. Chrysostomus, κατὰ ἀνθρώπων ἐπαιρόμενος, εὐκόλως καὶ κατὰ θεοῦ. vide sodes homiliam septimam, in posteriorẽ ad Timotheũ. quod etiam Theophrastus in extremo capite alia nota indicat. Fuit autem olim diuini cultus pars, deorũ festis solennibus interesse, & ea cõcelebrare. Quare, qui religiosiores erãt, ij non festa tãtùm vrbis in qua habitabant, religiosè obseruabant: sed ad alia quoque aliarum vrbiũ festa solẽnia cũ muneribus accurrebant, vt etiã Platonis leges docent. Atque hoc, etsi

sine magnis sumptibus fieri nō poterat, non tamen ea res illos deterrebat: sed cum Plautino Pleuside sibi persuadebant, *Quod in diuinis rebus sumas, sapienti lucro est.* Contrà verò iste factum eorum ridet: & quòd illi propterea boni aliquid à diis sperent, id quoque sceleratus sceleratè ridet, & negat esse tanti: *Magno,* inquiens, *vobis id bonum, si modò vllum vnquam futurum est, constabit.* Sic autem lego, καὶ τοῖς τὸ θεῖον τιμῶσι, καὶ τ. Aut me omnia fallunt, aut rem acu tetigimus; &, quod Græci aiunt, αὐτὸν κέκρουκα τὸν βατῆρα τῆς θύρας. Pietatis apud Græcos præcipua censebantur argumenta, si sacra patria diligenter colerent, & dona ad aliarum vrbium deos mitterent. Vide Isocratem in Areopagitica: vbi verbum πέμπειν sic accipi debet vt hoc loco.

οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα.] Sententia quam ex his verbis elicimus, par & similis est illi, quam hostis humani generis pronuntiat Iobi capite primo, cōmate IX. hoc tantùm interest, quòd hîc diuini numinis in homines religiosos benignitas extenuatur; ibi sancti viri Iobi pietas in Deum. argumentum quidem geminum planè est.

καὶ οὐκ ἔχων συγγνώμην.] Seneca De beneficiis, libro VI. *Quid est iniquius homine, qui eum odit, à quo in turba calcatus, aut respersus, aut quò nollet impulsus est?*

φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν.] Adeón' interpretes alias res egisse cùm hunc pulcherrimum libellum verterent, vt vocem ἔρανον semper de symbolis conuiuarum acciperent? Atqui, contra quàm illi putant, nusquam ita Theophrastum hac voce

in hoc ἀποσπασματίῳ esse vsum affirmamus. vbi quoties dictio ἔρανος occurrit, semper referri debet ad pulcherrimum & verè pium Græcorum morem pauperes amicos subleuandi. Fuit enim apud illos moribus receptum, vt cùm aduersam fortunam passus esset aliquis, amicorum atque sodalium facultatibus subleuaretur: accipiebat enim ab iis pecuniæ aliquam summam, ea lege vt si Deus aliquando meliora daret, quantum illi erogatum esset, tantundem ipse restitueret. Hanc illi stipem collatitiam vocabant ἔρανον, & factum ipsum ἐρανίζειν, respectu vt plurimùm accipientis, vel ἔρανον συλλέγειν: dantis verò, ἔρανον εἰσφέρειν. Atque hoc fuit veluti medium quoddam genus inter id quod δάνεισμα creditúmque propriè dicitur, & stipem illam quotidianam, quæ mendicis hominibus & æruscatoribus sine vlla recuperandi spe erogabatur. Ἐλεημοσύνην Græci illam stipem, non ἔρανον vocarunt: etsi me non latet, abusiuè eos interdum vocabulum ἔρανος ita vsurpare. Huius moris apud Græcos scriptores passim fit mentio; apud Antiphontem gloriatur quidam se pecuniis suis non nisi honestè vti: λαμπρῶς, inquit, χορηγοῦντα, πολλοὺς δὲ ἐρανίζοντα, μεγάλας δὲ ὑπὲρ πολλῶν ἐγγύας ἀποτίνοντα: & paullò antè ostendit idem conferri solitum eranum si quis sententia iudicis, omnibus bonis suis fuisset euolutus: περιγενόμενος δὲ, ait, καὶ ληφθεὶς, κἂν ἔρανον παρὰ τῶν φίλων συλλέξας, οὐκ ἂν εἰς τὰ ἔσχατα κακὰ ἦλθον. eundem morem tangit & Demosthenes in Midiana. & ex eiusdem oratione in Nicostratum constat pro captiuis amicis solitum dari amicis ἔρανον, vt esset vnde se redimerent. Extant etiam pul-

cherrimi Philemonis antiqui poëtæ verſiculi, vbi poſteaquam varios caſus recenſuit quibus homines ad paupertatem redigi ſolent, ſubiicit:

Ἀλλ' ἑταῖροι καὶ φίλοι σοὶ, καὶ συνήθεις νὴ Δία,
Ἔρανον οἴσουσιν. εὔχου μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων·
Εἰ δὲ μὴ, γνώσῃ σεαυτὸν fortaſſe meliùs,
αὐτοὺς) ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν.

Pertinet ad hunc morem locus Ariſtotelis Phyſicæ acroaſeos libro I I. capite V. vbi hoc ponit exemplum eorum quæ κατὰ τύχην accidunt, οἷον, ἕνεκα τοῦ ἀπολαβεῖν τὸ ἀργύριον ἦλθεν αὖ κομιζόμενος τὸν ἔρανον, εἰ ᾔδει. Torquent verba philoſophi interpretes Latini, nec certam interpretationem, ac ne lectionem quidem veram vident: quam ex Philopono protulimus: illa verba, ἦλθεν αὖ κομιζόμενος τὸν ἔρανον, ſignificant, veniſſet creditor ad debitorem ſuum; cùm ille ab amicis eranum, hoc eſt, pecuniam erani nomine collectam, auferret. Eôdem cenſeo referendum & Plauti locum in Curcullione, vbi ait leno in magno fuiſſe ſe periculo ne argentum amitteret quod ſibi argentarius debebat: eum enim inibi fuiſſe, vt ceſſione bonorum creditoribus ſuis ſatisfaceret: verùm poſtea amicos iuuiſſe ipſum, & dediſſe vnde ſolueret. Sic ille,

Poſtquam nihil fit, clamore hominem poſco: ille in ius me vocat:
Peſſimè metui ne mihi hodie apud prætorem ſolueret:
Verùm amici contulerunt: ſoluit argentum domo.

Sic enim lego, non *compulerunt*: Porrò autem videntur ea fini & apud Athenienſes & in aliis Græcorum ciuitatibus inſtitutæ ſodalitates quæ communem arcam haberent, in quam quot menſibus

certum

certum quid à ſingulis penderetur, vt eſſet vnde iuuari poſſent qui ex illa ſodalitate fortunam aduerſam aliquo modo eſſent experti. Harpocration, Ἐρανιστὴς μέντοι κυρίως ἐστὶν ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων, καὶ τὴν φορὰν ἣν ἑκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν, εἰσφέρων. Hos ἐρανιστὰς orator ἐράνων πληρωτὰς vocat. niſi malis referre ad δημοσίοις ἐράνοις: nam & in Rempublicam collatæ pecuniæ genus quoddam eſt ἔρανος. cuius ſæpe oratores meminêre. Quemadmodum autem penſio ἐράνου fuit menſtrua, ita & ſingulis menſibus lites diſceptabantur, ſi quæ forte inter ſodales propter ἐράνους diſcordiæ eſſent obortæ. Harpocration, ἔμμηνοι, inquit, appellantur δίκαι αἵτε ἐμπορικαὶ, καὶ αἱ ἐρανικαί. meminit & Pollux. Neque dubium ſicut erant δίκαι ἐρανικαὶ Athenis, ita & ἐρανικοὺς fuiſſe νόμους. Quare etiam apud Platonem in x I. De legib. de iſtiuſmodi eranis accipienda lex hæc eſt, non, vt vulgò faciunt, de conuiuarum collectis. Verba Platonis ſunt, Ἐράνων δὲ πέρι, τὸν βουλόμενον ἐρανίζειν, φίλον παρὰ φίλοις. ἐὰν δέ τις διαφορὰ γίγνηται περὶ τῆς ἐρανίσεως, οὕτω πράττειν ὡς δικῶν μηδενὶ περὶ τούτων μηδαμῶς ἐσομένων. Lex eſt perutilis: Statuit Plato, vt eranum ab amico exigere neceſſario tempore, in ſua Republica ius ſit & fas. quod ideo non prætermittendum in ſuis legibus putauit ille, quia non in omnibus ciuitatibus permiſſæ ſunt olim huiuſmodi ἑταιρεῖαι. Apud Romanos quoque in amicorum aduerſis conferri ſolitam pecuniam, non eſt dubium: velut ad reficiendam domum abſumptam incendio. Martialis in Tongiliano:

Empta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis:
Abſtulit hanc nimiùm caſus in vrbe frequens.

Collatum

Collatum est decies.

estque huiusmodi collationum etiam alibi mentio. Sed ius eranorum, quale exposuimus, apud Romanos non obseruauimus. quin potiùs existimo vetitas istas sodalitates fuisse à Romanis in plerisque Græcorum ciuitatibus, postquam ad illos summa rerum peruenit. quare etiam Plinius Secundus epistola quadam Traianum consulit super libello ad eranos pertinente, sibi ab Amisenorum ciuitate oblato. Traianus verò respondens, Amisenis quidem permittit eranos habere; *eo faciliùs*, inquit, *si tali collatione non ad turbas & illicitos cœtus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam vtuntur.* in cæteris verò ciuitatibus, quæ Romanorum iure essent obstrictæ, rem huiusmodi vult prohiberi. Addit Plato, Si qua ex ea collectione controuersia inter amicos oriatur, nullam datum iri in sua Republica actionem eo nomine. quod aliter Athenis vt dixi obseruabatur: erat enim ibi locus ταῖς ἐρανικαῖς δίκαις. Sanè quin tenerentur qui huiusmodi collatione fuerant subleuati, reddere quod acceperant, reparatis opibus, non potest ambigi: id enim disertis verbis testatur Theophrastus capite Περὶ μεμψιμοιρίας. & apud Lucianum Demosthenes ait, se multis amicis τοὺς ἐράνους συνδιαλύσασθαι: hoc est, sodales multos pro sua virili parte iuuisse in reddendis pecuniis quas ab amicis acceperant. Ex his intelligi potest quid ἔρανον cùm hîc tum alibi Theophrastus vocet. Latini, vt diximus, rem ignorarunt: neque propriam vllam vocem habent huic rei: nec temere factum quòd & Plinius & Traianus vocem Græcam retinuerunt. *Collationem* aut *colle-*

ctam

ctam vertere possis: etsi alio sensu Marcus Tullius hac dictione vsus est. Plura de hac re ad Athenæum nobis obseruata.

ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον.] Hæ sunt voces eorum qui beneficium dare nesciunt. quò alludens ait Sapiens auctor Ecclesiastici ca. XXIX. Ἀπόλεσον ἀργύριον διὰ φίλον. Præclarè & ad hunc locum appositissimè Seneca De beneficiis libro VI. *Sæpe beneficium manet nec debetur, si secuta est dantem pœnitentia: si miserum se dixit, quòd dedisset: si cùm daret, suspirauit, vultum obduxit, perdere se credidit, non donare.* Hic est quem panem lapidosum Fabius Verrucosus appellabat. Quanto meliùs qui dixit,

Extra fortunam est quicquid donatur amicis.

δεινὸν καταράσασθαι.] Omnino δεινὸς scribendum, non δεινόν.

οὐκ ἂν περιμεῖναι.] Meliùs περισμεῖναι. imò verò mutato accentu & ὑπομεῖναι & περισμεῖναι scribendum est.

καὶ οὔτε ᾄσαι, οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι.] Scribendum hîc quoque mutato accentu ἐθελήσαι. est enim modus optandi, vt loquuntur γραμματικῶν παῖδες, non infinitiuus. Hæc autem eò pertinent, quòd, sicut diximus, istiusmodi homines graues seueríque, non comes videri volunt: cùm re vera non grauitas ea sit, sed simulatio, fastus ac typhus, &, vt eleganter Hierocles vocat, νόσος μισολογίας. Notũ autem, veteres Græcos solitos vsurpare in suis conuiuiis quæ hîc commemorantur. Cantabãt enim vel scolium aliquod, vel odam aliquam, siue μέλος, aut aliquem ex poeta quopiam locum. Sic etiam apud antiquissimos Romanos

fuerunt

fuerunt carmina quædam in epulis à ſingulis conuiuis cantitata de clarorum virorum laudibus, vt in Originibus ſcriptum reliquerat Cato. Saltatio ſequebatur comes extrema conuiuij menſis remotis: non enim niſi bene poti, vt bis ſuprà dictum eſt, ſaltabant. Interpretes, quid eſſet ῥῆσιν εἰπεῖν, aſſecuti non ſunt: eſt autem, locum ex aliquo poëta recitare oblectationis gratia & διαγωγῆς χάριν. Id veteres factitabant aliàs quidem aſſa voce, quod eſt ᾄδειν: aliàs verò ad tibiam, vel aliud muſicum organum: quod ψάλλειν Græci dicunt. & cantabant interdum quidem omnes confertim: interdum verò ſinguli per vices: quod eleganter vocat Clemens ἐν μέρει περιελίττειν τὰς προπόσεις τῇ ᾠδῇ. Exempla proferre non magis neceſſe eſt, quàm meridie lucernam accendere. Tantùm dicam peccari ſæpe ab interpretibus in iſta voce: vt cùm apud Platonem in x. De republica, μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνειν ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς, vertunt, *Contenta voce eiulari.* perperam: Plato enim de iis poëtis loquitur, qui lamentationes prælõgas & multorum verſuum heroibus tribuunt in ſuis poëmatis: qualis illa apud Sophoclem verè μακρὰ ῥῆσις in Trachiniis. quales item multæ in tragœdiis, Euripidis præſertim: qui poëta reus iampridem hæret apud criticorum tribunal, διὰ τὸ μακρὰς ἐπάγειν ῥήσεις ἤγουν διηγήσεις ταῖς συμφοραῖς. propterea etiam, vt videtur, τοὺς τραγῳδοὺς per ludibrium τρυγῳδοὺς appellarunt. Malè etiam iidem interpretes in ſeptimo De legibus τινὰς ὅλας ῥήσεις, hoc eſt, *integros poëtarum locos* tranſtulerunt, *ſcita quædam dicta.*

δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεροῖς μὴ ἐπεύχεσθαι.] Græci eiuſmodi homi

homines proprio nomine ἀγρόποις dixerunt. Hesychius; ἀγέρπος, ὁ ἀπανίως εὐχόμενος.

Ad caput περὶ δεισιδαιμονίας.

AΜέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν ἂν εἶναι δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον.] Alij sic definiunt, Δεισιδαιμονία ἐστὶ φόβος θεῶν καὶ δαιμόνων. Sed Theophrastus voce δαιμόνιον, & deos & dæmones complexus est, & quicquid diuinitatis esse particeps malè sana putauit antiquitas. Δειλίαν accipe metum alium ab eo qui pios decet. Scitè enim Varro apud Augustinum dicebat, *Deum à religioso vereri: à superstitioso timeri.* Seneca dilutius epistola XLVII. *Deo satis est quòd colitur, & amatur: Non potest amor cum timore misceri.* Meliùs idem alibi, *Religio deos colit: superstitio violat.* Latiùs veteres, vt annotant Grammatici, *metum* pro religone, vel superstitione vsurparunt. Vide Nonium. Maximus Tyrius sermone IIII. pietatem à superstitione sic distinguit: εἰ δέ ὅτι, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεοὺς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ, ὁ δὲ δεισιδαίμων, κόλαξ.

ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ.] Duplicem lauationem siue purificationem tangit: altera ad manus pertinet, altera ad totum corpus. Illa propriè χέρνιψ, hæc περίῤῥανσις appellatur. fiebátque δαφνῷ, id est, *ramo felicis oliuæ*, vt ait Virgilius. Vtriusque frequens apud Græcos mentio. Aqua verò lustralis qua aspergebantur, sic fiebat. Erat ad fores templi aquiminale quoddam magnum, quales ferè tinctorum cortinæ, (labrū Asconius

nius nominat) in quod mergebant titionem ardentem ab ara ſumptum, quando victima adoletur: eáque aqua omnes qui templum ingrediebantur, ſeſe aſpergebant ipſi, aut à ſacrificulis aſpergebantur. Euripides Hercule furente:

Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν
Εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος.

Athenæus quid ſit, χέρνιψ, (vel, vt ipſe legi ait, χερνὶψ) explicans, Ἔστιν, inquit, ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν. Nec ſolùm in templis erant περιῤῥαντήρια; ſed etiam ad fori introitum, quorum ſæpe meminere oratores Græci. Moris etiam fuit vt ad fores priuatarum ædium tantiſper dum illæ funeſtæ eſſent, & dum fieret ἡ πρόθεσις eius qui obierat, vas magnum ſtatueretur, aqua luſtrali plenum, quæ eſſet è domo non funeſta allata: qua aqua ſeſe quiſque exiens aſpergeret, qui exequias venerat: idq́ue vas figlinum fuit, & ἀρδάνιον propriè nuncupabatur: auctor Pollux libro octauo. Ariſtophani dicitur ὄστρακον. Καὶ παρὰ θοὐ τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας. Heſychio γάστρα duobus locis. B. Chryſogonius homilia XII. ad Epheſios: ἴδοις Ἕλληνα ἀπὸ νεκροῦ λυόμενον. Non diſſimilis ritus apud Romanos. Feſtus, *funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.* Fuit & apud Iudæos ſimilium lauationum & purificationum vſus: quas auctor Eccleſiaſtici capite XXXIV. βαπτισμοὺς ἀπὸ νεκροῦ appellat.

δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβών.] Non leuis error eſt interpretum, qui ἀπὸ ἱεροῦ δάφνης iunxerunt, & ſacram laurum hîc ſunt commenti: quod profectò ferri non

non poteſt. Dictum autem δάφνης λαβὼν, vt ἄρτου φαγεῖν, & alia paſſim apud Atticos. Nos locum planiùs expreſſimus, & ita vertimus, quaſi eſſet ſcriptum δάφνης πέταλα: eam enim vocem ſupplendam eſſe cenſemus. Scimus namque veteres in purgationibus, lauri foliis vti ſolitos. Clemens Alexandrinus in Protreptico, Καταρσίων μεταλάμβανε θεοπρεπῶν, οὐ δάφνης πετάλων, οὐ ταινιῶν τινῶν ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων. Sic & Romani, vt ait Feſtus, omnibus ſuffitionibus laurum adhibebant. Moris præterea fuit Græcis baculum laureum præ manibus habere, tanquam ἀλεξίκακον φάρμακον, vt ait Suidas, quòd crederent lauro ineſſe vim quandam malum auerruncandi. Inde natum prouerbium δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν, cùm quis negat ſe ſibi ab alicuius inſidiis metuere. Eôdem etiam ſpectat quod obſeruare aliquando meminimus, ſolitos Græcos pro foribus laurum ſtatuere. auctor Heſychius in voce Κώμυθα. Quod ait Theophraſtus, laurum in os capi ſolitam à ſuperſtitioſis, neſcio an huic ſimilis ſuperſtitio ſit quam apud Hieronymum in Marcellæ viduæ epitaphio annotauimus. Sic ille, *Nec mirum ſi in plateis & in foro rerum venalium fictus ariolus ſtultorum verberet nates, & obtorto fuſte dentes mordentium quatiat.* Nam ariolorum conſuetudo fuit (colligi poteſt ex Seneca De vita beata) laurum geſtare cùm per vrbem incederent, quam fuſtem videtur Hieronymus vocare; quia erat, credo, virga maiuſcula è lauro. Heſychius, Ἰθυωτήειον, ὃ φέρουσιν οἱ μάντεις σκῆπτρον ἀπὸ δάφνης. Sanè poëtæ dicuntur *laurum mordere*, Iuuenali, & Caſſandra δαφνηφάγος à Lycophrone appellatur:

quod quomodo critici explicent, nõ est obscurum. Apud Æschylum in Agamemnone habitus vatis hic est, vt amictus veste vatum propria, quam poeta appellat χρηστηρίαν, manu scipionem gestet, & coronam collo appensam: nam ait Cassandra se habere Καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη.

καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν προσδράμῃ γαλῆ.] Fortasse παραδράμῃ. Ambigunt docti sítne γαλῆ mustela domestica an felis. Vtrunque animal fuit olim inter ea quæ occursu suo auspicium facerent, quod Græci vocabant ἐνόδιον σύμβολον. De mustela habes apud Plautum in Sticho: de fele extat exemplum apud Terentium. Apud Athenienses autem γαλῆς transcursus dirimebat comitia, vt apparet ex Aristophanis Concionantibus. Artemidorus verò libro tertio, siue Ἐνοδίῳ, non parum differre docet, fueritne γαλῆ visa accedens, an abiens: item agens aliquid gratum an contra: necnon, ageretne an pateretur. Et quòd γαλῆ malum augurium faceret, inter alias hanc quoque caussam affert, quia sit voci δίκη ἰσόψηφος. quod ita est: nam si vtriusque dictionis litteras ad calculum voces, redibit par summa XLII. id autem est quod Græci intelligunt, cùm dicunt duo vocabula, aut duos versus, esse ἰσόψηφα. Sed quid vetat ipsius Artemidori verba ascribere? Γαλῆ, inquit, γυναῖκα σημαίνει πανοῦργον καὶ κακότροπον, ἢ δίκην. ἔστι γὰρ ἰσόψηφος δίκη καὶ γαλῆ. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων. καὶ θάνατον, ὅ,τι γὰρ ἂν λάβῃ τοῦτο σήπει. καὶ ἐργασίας καὶ ὠφελείας. καλεῖται γὰρ πρός τινων κερδὼ, καὶ ἱλαρία. τὰς δὲ διαφορὰς ἔξεστι λαμβάνειν τούτων· ἀπὸ τοῦ βλέπεσθαι προσιοῦσαν ἢ ἀπιοῦσαν. πράττουσάν τι ἡδὺ, ἢ ἀηδές· πάσχουσάν τι ἢ δρῶσαν. Ex his apparet γαλῆς

conspe

conſpectum non malum ſemper portendiſſe, ſed aliquando etiam lucrum, aliquando gaudium ac lætitiam. Quid quòd etiam purgandi vim quandam in hoc animali ineſſe crediderunt Athenienſes? qui propterea quando in concionem conueniebant, circunferri felem iubebant: erátque hoc purificationis & luſtrationis certum genus. Ariſtophanes Concionantibus, ὁ περιςίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. Erat & canis interuentus, ſiue potiùs tranſcurſus (Plutarchus διεκδρομὴν vocat, Περὶ φιλαδελφίας) inauſpicatus: vnde eſt apud Plautum, *canina ſcæua.*

ἕως διεξίλθῃ τίς.] Qui videlicet omen luat, & quod mali portendebat felis tranſcurſus, id ipſe ſubeat.

ἢ λίθοις τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλῃ.] Ridere licet veterum ſtultitiam. Putarũt illi cùm aliquod triſte ſignum apparuiſſet, poſſe id facilè eludi, & quod oſtendebatur periculũ effugi, ſi vel verbis, vel aliquo facto indicarent ſe omen nõ accipere, ſed abominari. Verbis quidem, cùm dicerent, Εἰς κεφαλήν σοι. *In caput tuum*: omen nempe redeat. quæ abominandi formula frequens eſt apud vtriuſque linguæ ſcriptores. vnius Senecæ verba ponã ex cõſolatione ad Martiam: *Quis non, ſi admoneatur vt de ſuis cogitet, tanquã dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum aut ipſius intempeſtiui monitoris abire illa iubeat?* Re verò, aut facto aliquo deteſtabãtur, id quod portẽdebat ſiniſtrũ aliquid, inſectantes. Cùm enim vel auis inebra, vel aliud infauſtum animal occurriſſet, periculo ſe defunctos putabãt, ſi id lapidibus petiiſſent, & feriiſſent. Auguſtinus lib. 11. De doctrina Chri-

ſtiana, *Plerunque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, vt etiam canem qui medius interuenerit, ferire audeant.* Planiſſimè verò Dio Chryſoſtomus, oratione XXXIV. Ἀνὴρ Φρὺξ, inquit, ἐπὶ κτήνους ἐβάδιζεν. ὡς δ' ἐθεάσατό τινα κορώνην, οἰωνισάμενος (οἱ γὰρ Φρύγες τὰ τοιαῦτα δεινοὶ) λίθῳ βάλλει· καί πως τυγχάνει αὐτῆς. πάνυ οὖν ἤδη, νομίσας εἰς ἐκείνην τετράφθαι τὸ χαλεπόν. *Homo Phryx æ iumento vehebatur: qui cornice [illegible]ecta, ominis loco rem ducens, (nam Phryges talium obſeruatione excellunt) lapide cornicem petit. accidit vt quam petebat, feriret. ille gaudere ſupra modum: quòd crederet in ipſam malum eſſe verſum.* Hinc mos ille veterum notatus Apuleio Mileſia tertia. *Quid? (ait) quòd iſtas nocturnas aues, cùm penetrauerint larem quempiam, ſollicitè prehenſas foribus videmus adfigi: vt quod infauſtis volatibus familiæ minantur exitium, luant cruciatibus.* atque hoc ſcimus hodiéque à quibuſdam obſeruari. Simili igitur ratione iſte quoque conſpecta fele, tres lapides in ipſam iacit: vt nimirum quod malum videbatur portendi, id in ipſius felis caput reiicere ſe hoc facto teſtaretur. Nam, vt Plinius ait, oſtentorum vires in eorum erant poteſtate quibus oſtendebantur: ac prout quæque eſſent accepta, ita valere illa arbitrabantur. Sic etiam oracula & vaticinationes eludi ſolitas legimus, cùm apud alios hiſtoricos vtriuſque linguæ perſæpe, tum apud Suetonium in Iulio, capite LIX. & Dionyſium Halicarnaſſeum non vno loco. Sic & viſorum nocturnorum, quæ mali aliquid portendebant, efficaciam impediebant reſpuendo & procul à ſe amoliendo: cuius rei exemplum eſt apud Tacitum primo Annalium in iſtis de Cæcina: *ducem terruit dira*

quies. nam Quintilium Varum sanguine oblitum & paludibus emersum, cernere & audire visus est velut vocantem; non tamen obsecutus & manum intendentis repulisse. neque enim otiosa sunt postrema verba: Sed illis Tacitus caussam reddit, cur hoc rerum exitu caruerit. Ex his, & vera lectio istius loci intelligitur: (legendum enim διαβάλῃ, non διαλάβῃ:) & verus etiam sensus perspicitur: à quo quantum docti viri deerrarint, nolo dicere; æquus lector facilè æstimabit, & iudicabit. Ait autem τρεῖς, quia, vt ex Plinio, Festo, aliisque notum, numerus impar Deo gratior. quare etiam in illis ἐπῳδαῖς, περιάπτοις, & amuletis, quibus suos libros Marcellus & Alexander Trallianus, ipséque adeo Plinius referserunt, frequens is numerus. Porrò videntur Græci ad hanc similémve aliam trium lapidum superstitionem allusisse illo prouerbio,

τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι.

qua adagione vsus Aristophanes: nec me fugit quomodo exponatur à veteribus: verùm ego arbitror olim fuisse aliter conceptum prouerbium: postea verò quæsita, vt fit, occasione ioci, ita cœpisse efferri ab hominibus vrbanis. Ἐκμάττειν verbum esse huic rei accõmodatissimum infrà docemus. Notauimus & aliam in tribus lapidibus superstitionem veterum non minùs ridendam. Columella libro De arboribus, capite XXIII. *Mala Punica ne rumpantur in arbore, remedio sunt lapides tres, si cùm seres arborem, ad radicem ipsam collocaueris.* Simile est quod de scilla idem auctor adiicit. Palladius libro quarto, titulo X. *Qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat, prouidebit ne poma findantur.* Ne illud quidem

prætermittam τῶν φιλομαθῶν χάριν. Olim si duos fratres simul ambulantes lapis saxúmve in via forte iacens diuisisset, ita vt medius inter fratres lapis reperiretur, ominosum id & infaustum habebatur. Refert Plutarchus Περὶ φιλαδελφίας.

καὶ ἐὰν ἴδῃ σοφὴν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι.] Mendosam perspicuè lectionem docti viri sanant, ὄψιν *visum* aut *spectrum* legentes, nõ σοφὴν: & afferũt apposite sanè locum Platonis è decimo De legibus. Mihi tamen placebat ὄφιν pro σοφὴν restitui: cuius coniecturæ nondum me pœnitet: atque adeo haud aliter à Theophrasto scriptum puto; qui cùm paullò post ἐνυπνίων meminerit, vix est vt hîc ὄψεως mentionem fecerit. Non quò fugiat me ὄψιν & ἐνύπνιον subtiliter à veteribus criticis distingui: sed illam distinctionem nemo sanus hîc recipiet. Constat verò ex Ciceronis libris De diuinatione & multis aliis auctoribus, serpentem vidisse in ædibus aut in itinere, triste auspicium fuisse. Solebant autem loca in quibus monstra fuerant visa, religiosa fieri: vt in eo loco qui fulmine tactus esset, obseruabant: quem locum Romani, vt notum est, bidental, quòd bidentibus ibi fieret, appellabant. notus est super hoc Artemidori locus: sed & Plutarchus in Pyrrho ait τὰ καταβαλλόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀνέμβατα μένειν χωρία. Idem puto fuisse obseruatum in aliis locis vbi portenta visa fuissent. Hinc illa Platonis querela de superstitiosis hominibus, mulieribus præsertim, quas ait leuissimas ob causas, & pauores inanes, impelli solitas, vt aras & sacella diis statuerent: *vt iam* inquit Plato, *nullus locus iis vacet, non domus vlla, nõ vicus*. Porrò serpẽtes fere per impluuiũ è te-

ctis

ctis deſcendebant in ædes, & ibi ſoliti conſpici. Plautus Amphitruone, *Deuolant angues iubatæ deorſum in impluuium duo.* Terentius Phormione, *Anguis per impluuium decidit de tegulis.* Vide Alexandrinum Clementem, Theodoretum in Θεραπ. & Dionem. Eo igitur loco (non autem vbi videntur inſomnia) ait auctor, ſacella à ſui temporis ſuperſtitioſis hominibus ſolita excitari. Iure Romano id non erat licitum: Fuit enim lex vetus tribunitia, quæ vetaret iniuſſu plebis ædeis, terram, aram conſecrare. Auctor Cicero Pro domo ſua ad Pontifices.

τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς περιόδοις.] Legimus τριόδοις, vel παρόδοις: vt de iis lapidibus intelligamus qui in viis à viatoribus coli ſolebant: de iis Sibylla,

Κἂν παρόδοισι λίθων συγχώματα ταῦτα σέβεσθε.

ſed præſtat legere τριόδοις: Nam aliud ſunt ἕρμακες, de quibus Sibylla ſine dubio intelligit, ab vnctis lapidibus, qui in prouerbium abierunt. Dicebant enim de homine ſuperſtitioſo πάντα λίθον λιπαρὸν προσκυνεῖ. Clemens Alexandrinus libro ſeptimo Stromatum, οἱ αὐτοὶ δ' οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Meminit & Apuleius initio Floridorum, cuius locum apponam, quia inſignis eſt: multa enim ſimilis ſuperſtitionis exempla velut vno faſce complectitur. *Neque enim iuſtius religioſam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel etiam colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.* Sed & alij multi vnctorum

lapidum meminêre, quod pridem Turnebus in Aduersariis obseruauit. Quid quòd etiam in sacra historia simile quid obseruauimus nos? Vide Geneseos cap. vigesimum octauum, commate XVIII. & caput XXXV. comm. XIIII.

καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ.] Etiam mures olim auspicium faciebant. Ausonius;

Quadrupes oscinibus quis iungitur auspiciis? mus.

Inprimis autem triste putabant, si quid mures arrosissent. Vide Ciceronem De diuinatione libro secundo. Plinius quoque libro octauo, capite LVII. idem annotat: addens, eos cùm candidi prouenêre, lætum facere ostentum. Idem in soricibus obseruabatur: quorum occentu dirimi auspicia ibidem ait Plinius. Eleganter verò Augustinus De doctrina Christiana, libro II. de superstitiosis loquens: *Hinc sunt*, ait, *illa: cùm vestis à soricibus roditur, plus timere suspicionem futuri mali, quàm præsens damnum dolere. Vnde illud eleganter dictum est Catonis, qui cùm esset consultus à quodam qui sibi à soricibus erosas caligas diceret: respondit, non esse illud monstrum, sed verè monstrum habendum fuisse, si sorices à caligis roderentur.* Græci auctores simillimum Bionis (nec scio an ita legendum sit etiam apud Augustinum) dictum referunt. Clemens, Τί δ᾽ καὶ θαυμαστὸν εἰ ὁ μῦς, φησὶν ὁ Βίων, τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν, ὅ,τι φάγῃ; τοῦτο γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ Ἀρκεσίλαος παίζων ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλαξ κατέφαγεν. Vide etiam Theodoretum. Θύλακος saccus est scorteus, vbi erat farina vel panis: nam etiam ἀρτοθήκην, hoc est, *panarium*, explicat Aristophanis scholiastes. Eiusmodi saccum secum ferebant quando ibant

τὰ ἄλφιτα emptum: hoc est, farinam quæ in foro vænibat, quod ἀλφιτόπωλις ἀγορὰ appellabatur. Aristophanes Concionantibus,

Κἄπειτ᾽ ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ᾽ ἄλφιτα.
Ἔπειθ᾽ ὑπέχοντος ἄρτι μου τὸν θύλακον.

Interpretes qui θύλακον ἀλφίτων *reticulum panis* vertunt, incogitantiæ magnæ se obligarunt & νωχελίας. Reticulum enim panis apud Horatium & Iuuenalem est quod γύργαθον Græci vocant. Hesychius, Γύργαθον, σκεῦος πλεκτὸν, ἐν ᾧ βάλλουσι τὸν ἄρτον οἱ ἀρτοκόποι. Glossarium, *Reticulum*, γύργαθος. Sed & ad alia his reticulis vtebantur: vnde est γύργαθος ψηφισμάτων apud Athenæum libro primo ex Aristophane: quem locum nimis ineptè docti viri hactenus sunt interpretati. Aristophanes verò in Vespis Persarum braccas & anaxyridas θυλάκους dixit. Adeo autem familiare est muribus θυλάκους rodere, vt propterea θυλακοτρῶγες à poëtis appellentur. Hesychius, θυλακοτρώξ, μῦς, οἱ δὲ ἀκρίς.

πρὸς τὸν ἐξηγητὴν.] Hoc est, ad portentorum interpretem, & diuinum: qualis olim Athenis Lampon ὁ μάντις, qui κατ᾽ ἐξοχὴν dictus est ὁ ἐξηγητής. Multa de hoc apud comicum, & in historiis.

ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀπογράψαι.] Lege fideiubente me ἀποῤῥάψαι: quod conuenientissimum verbum est cerdoni, & veteramentariorum sutori: quem σκυτοδέψην minùs propriè vocat ἀντὶ τοῦ σκυτοτόμον, vel πίσυγγον. sic enim Athenis nominabantur. Iam antè diximus, saccum de quo agitur, fuisse ex aluta aut corio: qualis erat, follis aut pasceolus apud Romanos. Scholiastes Aristophanis vocem σάκταν, vel, vt alij legebant, σάκκον, interpretatur ἐκ

δέρματος σακκίον, ὅπερ θύλακον λέγομεν. Hesychius, θυλάκια, ἀσκοὶ δερμάτινοι. Græci peram cynicorum solét ita vocare, vt Maximus Tyrius sermone XXXVII. ea pera fuit coriacea, quod certum est. Ideo Tatianus ait, loquens de cynicis, λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενός, κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτοδέψου μὲν χρήζοντες διὰ τὴν πήραν· ὑφάντου δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον. Sanè vulgata lectio inepta est, neque huius fieri debet.

ἀλλ' ἀποτρέπεις ἐκδύσασθαι.] Hoc verbũ & exuendi, & excutiendi procul à se significationem habet: nec sunt audiendi qui rescribunt ἐκλύσασθαι.

καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαρεῖν.] Harum purgationum auctor & inuentor apud Græcos Epimenides. Laërtius in vita: Λέγεται δὲ καὶ πρῶτος οἰκίας καὶ ἀγροὺς καθῆραι meminit Dioscorides, & alij.

καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι.] Hesiodus.

Μήτ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν (οὐ γὰρ ἄμεινον)
Παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅ τ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ.

Nota sunt bustorum formidamina, & monumentorum terriculamenta. Hoc Romani maximè in Diali flamine obseruabant: nam ille locum in quî bustum esset, nunquam ingrediebatur. A. Gellius lib. x. cap XV.

οὔτ' ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν.] B. Chrysostomus homilia XIII. in epistolam ad Ephesios: Græci, inquit, δεδοίκασι τὰ οὐκ ὄντα ἁμαρτήματα οἷον ῥύπον σώματος, κῆδος, λέχος, καὶ ἡμερῶν παρατηρήσεις καὶ ὅσα τοιαῦτα. Præcipuè autem hæc obseruatio in sacrorum ministris locum videtur habuisse. Sanè apud Mosem hac lege summus sacerdos alligatur. *Ne ad cadauera venito: ne pro patre quidem suo aut matre se polluito.* At apud Romanos Dialis flamen, cui tam

multæ fuerant ceremonię impoſitæ, etſi mortuum attingere non poterat, funus tamen exſequi non erat illi religio. vide A. Gellium. Lycurgi lege, vt Plutarchus ait, omnis huiuſcemodi circa mortuos ſuperſtitio fuit Lacedæmone ſublata. Cæterùm propter hãc cauſſam, inſtitutũ olim fuit, vt indicia apponerentur foribus domus funeſtę: ne videlicet, inſcius aliquis ingrederetur, & ſe imprudens pollueret. De vaſe aquæ luſtralis iam diximus: eôdem ſpectabant capilli de ipſius defuncti capite ſecti, qui foribus appendi ſoliti. Euripides Alceſtide,

Πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ ὁρῶ
πηγαῖον ὡς νομίζεται
γε χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις,
χαίτα τ' οὔτις ἐπὶ πρόθυρα τομαῖ-
ος, ἃ δὴ νεκύων πένθεσι πιτνεῖ.

Apud Romanos cupreſſus domus funeſtæ faciebat indicium: quod ex Plinio & Seruio pridem doctis viris notum, notatúmque. notat autem Seruius idem, ab Athenienſibus tractum morem: *nam apud Atticos*, inquit, *funeſtæ domus cupreſſi fronde velantur.*

οὔτ' ἐπὶ λέχει.] Scribendum λέχη, vt modò ἐπὶ νεκρόν. Hesychius, λέχη, ἐφ' οἷς τοὺς νεκροὺς κοσμοῦσιν. Etiam Latini *lectos* vocant, in quibus mortui collocabantur & efferebantur. Erit autem figura ἓν διὰ δυοῖν. οὔτ' ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτ' ἐπὶ λέχη, pro ἐπὶ τὰ τῶν νεκρῶν λέχη. & referendum ad προθέσεως ſolemnia. Sed eſt & alia lectio ἐπὶ λεχώ. quam potiùs retineo. Euripides Iphigenia in Tauris,

Τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα·
Ἥτις βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου,
Ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν,

Βωμῶν ἀπείργει μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη.

vide Porphyrium lib. II. περὶ ἀποχῆς. Sic λέχος interpretor in ſuperiore loco Iohannis Chryſoſtomi, de cubili puerperæ. ſic in homilia III. ad Titum, ἡ ἀπὸ λέχους eſt puerpera, vel quæ recens è puerperio ſurrexit. nã interpretes malè aliter accipiunt. In Nouella Leonis appellatur γυνὴ ἐπίλοχος; vbi eorum error corrigitur; qui mulierem nondum ſacro lauacro lotam, poſt partum de vita periclitantem, nolebant baptizare ante diem XL. tanquam pollutam, & ſacramento indignam : quæ erat crudeliſſima ſententia.

καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ.] Notum eſt, veteres cùm triſte aliquod inſomnium viderant, ἀποτροπιασμοῦ χάριν ſacra quædam factitaſſe. Ariſtophanes Ranis,

> Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε,
> Κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,
> Θέρμετε δ' ὕδωρ
> Ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.

Martialis libro XI.

> *Amphora nunc petitur nigri carioſa Falerni,*
> *Expiet vt ſomnos garrula ſaga tuos.*

Sed in re non obſcura non abutar, neque meo neque lectoris otio. Exempla paſſim apud tragicos.

τίνι θεῷ, ἢ τίνι θεᾷ.] Græci vocant δαίμονας ἀποτροπαίους: apud Romanos Ioui prodigiali fiebant ſacra. Plautus Amphytrione,

> *Sed mulier poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui*
> *Aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatam oportuit.*

Creditum etiam eſt à veteribus expiari ſomnia, ſi illa Soli narraſſent. Euripides,

Ἄχαινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα,
Λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴπερ δὴ τόδ' εἰς ἄκος.

Sophocles Electra,

Τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ
Δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένης.

πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι.] Orpheus in Græciam initiorum genus quoddam, vel teste Demosthene, inuexit, quod Ὀρφικὰς τελετὰς vocabant, & qui illa docerent Orpheotelestas. Ait autem κατὰ μῆνα, quia sub exitum cuiusque mensis videntur soliti initiari Athenienses. Habeo eius rei auctorem scholiasten Aristophanis, qui testatur circa finem singulorum mensium fieri solitas τὰς μυστικὰς δαπάνας. Proclus in Hesiodi commentariis auctor est, veteres operam simulatricibus dedisse die mensis XIX. Persuasum autem erat Atheniensibus, eos qui mysteriis istis & Eleusiniis essent initiati, diuinis in Orco fruituros honoribus. Laërtius in Antisthene, & alij.

καὶ ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθών.] Imò ἐπὶ τὰς τριόδους, vt postulat Hellenismi ratio: verùm arbitror maius vulnus subesse, & desiderari aliquod vocabulum, aut etiam fortasse plura. Notum autem, in triuiis & compitis sacra Hecatæ olim fieri solita: eôdem etiam moris fuit τὰ καθάρματα, & purgamenta vrbium proiicere. Eustathius, φασὶν ὅτι δῖον ἐκάλουν κώδιον ἱερείου τυθέντος Διῒ μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅτε ἤγοντο τὰ πομπαῖα καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο. ea purgamenta etiam ὀξυθύμια appellata sunt: qua de voce & ritu hoc toto consule Harpocrationem. Atque hæc sacra cùm peregissent, non antè domum redibant

bant quàm & vestem & corpus aqua vel fluuiali, vel fontana purificassent. Porphyrius, Πάντες ἐν τούτῳ ὡμολόγηνται οἱ θεολόγοι, ὡς οὔτε ἁπτέον ἐν ταῖς ἀποτροπαίοις θυσίαις τῶν θυομένων, καθαρσίοις τε χρηστέον· μὴ γὰρ ἴοι τὶς εἰς ἄστυ, μηδ᾽ εἰς οἶκον ἴδιον, μὴ πρότερον ἐσθῆτα καὶ σῶμα ποταμοῖς ἢ πηγῇ ἀποκαθήρας.

κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι.] Colligi hinc posse videtur in triuiis fuisse περιρραντήρια. potest tamen etiam aliter accipi. Ritum lauandi capitis in purificationibus exprimit Persius,

--- Tiberino in gurgite mergis
Manè caput bis terque. & Iuuenalis,
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Verticibus timidum caput abluet.

σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περικαθᾶραι.] Tangit duplicem veterum consuetudinem expiandi lustrandique se. altera erat, circumacta circa corpus scilla: altera catulo similiter circa corpus ducto. Hoc enim significat περικαθᾶραι. De scilla, quòd expiandi vim crederetur habere, notum vel ex Plinio & medicorum libris. Artemidorus Ἐνοδίῳ, Ἡ σκίλλα καθάρσιος εἶναι νενόμισται. Lucianus Ἐπισκοποῦντες ἐκάθηρέ τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνιζε δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ καὶ ἄλλοις πλείοσι. Dio Chrysostomus oratione XLVIII. ἀλλά μοι δοκεῖ περικαθάραντας τὴν πόλιν μὴ σκίλλῃ μηδὲ ὕδατι, ἀλλὰ πολὺ καθαρωτέρῳ χρήματι λόγῳ κοινῇ πράττειν. Plura Clemens Alexand. septimo Stromat. & Theocriti scholiastes in Thalysiis. De catulo, res minùs vulgò, vt videtur, nota: quare etiam eius ritus ignoratione interpretes miris modis hunc locum deprauarunt : in quo nihil erat prorsus mutandum. Nam verum est quod diximus,

vete

veteres catulo ſolitos luſtrare ſe, eum circumferentes circa corpus: eamq́ue luſtrationem vocabant περισκυλακισμόν. Plutarchus in Κεφαλαίοις Romanorum inſtitutorum: Τῷ δὲ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο, καὶ χρῶνταί γε μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμούς. καὶ περιμάττουσι τοὺς ἁγιασμοῦ δεομένους, περισκυλακισμὸν τὸ τοιοῦτον γένος τοῦ καθαρμοῦ καλοῦντες. Idem repetit in Romulo. Fuerunt & alij tum ſcillæ, tum catulorum in februationibus vſus, quos prudens omitto. Tirones moneo pertinere ad hũc ritum verba legis 1 1. §. 3. D. Ad legem Corneliam de ſicariis: quæ tamen aliò referunt viri docti.

αὐτὸν περικαθᾶραι.] Significat hoc verbum applicare aliquid corpori, expiandi cauſa, idq́ue in orbem ducere: quod & περιμάξαι dicitur: Latinis circumferre. Virgilius,

Idem ter ſocios pura circuntulit vnda. Seruius,

Circuntulit, purgauit. Antiquum verbum eſt.

Plautus, Pro laruato te circumferam: id eſt, purgabo.

Nam luſtratio à circumlatione dicta eſt vel tædæ vel ſulphuris. *Iuuenalis,*

---Si qua darentur Sulphura cum tædis.

Rectè exprimit Seruius circumlationem illam quę in luſtrationibus fieri ſolebat. ſed eius ritus graphica extat deſcriptio apud Claudianum in Panegyrico Honorij, ſexto eius conſulatu; quem locum iuuat aſcribere.

Luſtralem ſic triſte facem cui lumen odorum
Sulfure cæruleo, nigróque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda ſacerdos,
Rore pio ſpargens, & dira fugantibus herbis
Numina terrificúmque Iouem, Triuiámque precatus,

Trans

Trans caput auersus, manibus iaculatur in austrum,
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Similiter & vrbes & agri lustrabantur, hostiis in orbem circumlatis. Polybius libro quarto de Mantinensibus: καὶ καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν τῆς τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τῆς χώρας πάσης. ideo Latinis ea sacra *ambaruualia* dicta. Atque hinc est, quòd τὸ περὶ ferè in vocibus eò pertinentibus reperitur: vt in περιμάττεσθαι, περιθύεσθαι, περιαγνίζειν, περιθειοῦν & περιθείωσις, etsi Homerus διαθειοῦν dixit. Sic & περιβάλλεσθαι κάρφος apud Aristotelem in sexto Historiarum, de lustratione gallinarum, quæ περικάρφισμὸς Plutarcho nuncupatur. Sed & ἀπομάττειν eo sensu vsurparunt, Demosthenes Pro corona, καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις. Sic accipiendum & in illo Callimachi, vt puto, versiculo, initio Athenæi:

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.

quem locum non rectè Erasmus, & alij, aliorsum conati sunt trahere, cùm ex hoc ritu sit explicandus. Hinc dictæ sunt mulierculæ illæ, quarum hîc Theophrastus meminit, ἀπομάκτριαι, vt est apud Pollucem, vel περιμάκτριαι, vt vocat eas Plutarchus, De superstitione. Latinis *piatrices*, & *simulatrices*, vel potiùs *simpulatrices*, vide Festum. Talem fuisse ait Demosthenes Glaucotheam siue Empusam Aeschinis matrem.

μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον.

Plautus Captiueis,

Hegio, hic homo rabiosus habitus est in Alide.
Ne tu quod istic fabuletur, aures immittas tuas.

Nam

Nam istic hastis insectatus est domi matrẽ & patrem,
Et illic isti qui sputatur morbus interdum venit.
Proin tu ab istoc procul recedas.

Suspicor etiam ob similem superstitionem factum, vt Akis rex Dauidem insaniam simulantem procul à domo sua arceret: id enim videntur vltima verba eius capitis suadere. Locus est primo Samuelis, c. xxi. Similis sententia in Eumenidibus Varronis, *Apage in dierectum à domo nostra istam insanitatẽ.*

Ad caput περὶ μεμψιμοιρίας.

Ἔστι δ' ἡ μεμψιμοιρία.] Iniustitiæ species quædam est & illiberalitatis hoc vitium: quod fere in calamitosis pauperibúsque, vel paupertatem simulantibus, & senibus reperitur. Nam vt felicitas superba, ita querula calamitas est, eorum maximè qui è magnis aut mediocribus opibus ad inopiam sunt redacti: rectéque ille apud Terentium,

Omnes quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt nescio quomodo
Suspectiosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

& alibi apud eundem poëtam querulus quidam senex, *Me credo*, ait, *huic esse natum rei, ferundis miseriis.* Nihil autem interest facultatibus sit pauper aliquis, an animo, quæ sola demum paupertas verè misera est. Multa Seneca de hoc vitio variis locis: sed vnum notare sufficiet. Sic ille De tranquillitate vitæ libro. I. de amicorum delectu loquẽs. *Præcipuè tamen vitentur tristes, & omnia deplorantes, qui-*

bus nulla non causa in querelas placet. Constet illi licèt fides & beneuolentia, tranquillitati tamen inimicus est, comes perturbatus & omnia gemens. Μεμψιμοιρίαν autem, *querelam* non *querimoniam* vertimus. nam etsi nō fugeret nos, bonos auctores promiscuè his vocibus vti, mouit tamen veterum grammaticorum auctoritas. Cornelius Fronto literator, *Querimonia certæ rei est: Querela superuacua est. Itaque prior grauitatis est, posterior leuitatis.* Glossarij auctor. *Querela*, μέμψις ματαία. *Querimonia*, μέμψις. Vox δικαίων suspecta est, & sine damno sententiæ potest abesse. Habes apud Clementem Alex. Pædag. libr. III. & μέμψεως & μεμψιμοιρίας definitiones, quas prætermitto.

ἀποστείλαντος τοῦ φίλου μερίδα.] Conuiuæ olim è conuiuio apophoreta referebant: de quo more suprà diximus: absentibus verò μερίδες mittebantur. Plutarchus in Agesilao, ἔθυσεν εὐαγγέλια, καὶ διέπεμπε μερίδας τοῖς φίλοις ἀπὸ τῶν τεθυμένων. Idem auctor in Arati vita scribit, Antigonum regem, cùm Corinthi sacra faceret, Arato Sicyonem misisse μερίδας. Aristophanes Acharnensibus,

> Ἔπεμψέ τίς σοι νυμφίος ταυτὶ κρέα
> Ἐκ τῶν γάμων.

Etiam Romanis mos fuit de mensa aliquid mittere amicis, imò verò etiam Iudæis aliisque gentibus Orientis eundem morem in vsu fuisse testantur literæ sacræ priore Samuelis capite primo, Nehemiæ capite VIII. & alibi.

οὐ διόπ ὕει.] Quod vulgò fieri solet. Theognis,

> οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
> Οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

At hic iniquior etiam erga Iouem: quippe cui cùm ſit opportuna pluuia, nihilominus tamen de Ioue queritur, quòd paullò ſeriùs quàm libitum ipſi fuiſſet, pluat.

καὶ πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον.] Querela vſitata herorum, quòd nimio ſeruos emerint: quos propterea apud Plautum & Terentium *malè conciliatos* vocant, hoc eſt, magno emptos. At iſtum miſerum vilitas ipſa offendit. in quem iure illud vſurpaueris, Ὅταν τοὔδωρ τὴν φάρυγγα πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπίνειν;

καὶ πολλὰ δ.] Scrib. ἅτε πολλὰ δ.

δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντ.] Poteſt legi & δεηθέντος. Et ſanè maius fuerit argumentum rei vili pretio emptæ, ſi emptor à venditore rogatus eſt vt eam emeret.

καὶ πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον.] Ait, εὐαγγελιζόμενον, reſpiciens cupiditatem qua flagrare ſolent patres filios habendi potiùs quàm filias. Tale illud εὐαγγέλιον apud Ariſtophanem Theſmophoriazuſis, λέων λέων σοι γέγονεν αὐτ᾽ εἴγμα σόν.

τῆς οὐσίας τὸ ἥμισυ ἄπεστι.] Terentius Heautontimor.

CH. *ſcio quid feceris:*
Suſtuliſti, puellam ſcilicet.] Sy. *Si ſic factum eſt domina, ergo herus damno auctus eſt:*

ἀληθῆ ἐρεῖς.] q.d. quem tu beatum prædicas, veriùs miſerum dixeris. ſic querulus ille Horatianus Vulteius Menas,

---pol me miſerum patrone vocares,
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen.

καὶ νίκην νικήσας.] Errant interpretes in huius loci interpretatione: malè enim referunt aliò quàm ad victoriã eius qui cauſſam obtinuit, & ſuperior è iu-

dicio discessit. quare etiam δίκην νικήσαις scribēdum, non νίκην. familiare est Atticis ita loqui δίκην νικᾶν, vel ἡττᾶσθαι δίκην. Nam νίκην & ἧτταν nō esse solùm πολέμου sed cuiuscunq; ἀγωνίας vel vnicus in Lachete Platonis locus poterat docere. Malè etiam iidem interpretes orationem, cuius fit hîc mentio, ad ἐπιταφίους λόγους, aut nescio quas viuētium laudationes referunt. quæ planè sunt ægrotum hominum somnia. Quis nescit, veteres Atheniensium oratores solitos orationes reis suam opem implorantibus scribere, quibus orationibus ipsi rei vtebantur in iudiciis? Tales sunt omnes fermè Isocratis, Lysiæ & Demosthenis, quæ ad caussas priuatorum pertinent: quod nec Cicero prætermittit, & testatur Quintilianus non semel. Eundem morem fuisse Romæ vel cognomen indicio sit, Lucio Aelio ex ea re partum. dictus est enim STILO, *quòd orationes nobilissimo cuique scribere solebat*, inquit Suetonius. Postremò δικαια non sunt, *laudes meritò dicendæ*: sed continentia causarum & defensionis firmamenta. Terentius & Cicero *iusta* vocant.

ἐγκαλεῖν τῷ κ.] Quid censes facturum fuisse, si litem perdidisset? Atqui etiam damnato reo, oratori constat eloquentiæ officium, si omni arte vsus est.

ἱλαρός ἐστι.] Lego ἱλαρὸς ἴσω. vt apud Terentium, *Hodie hilarum fac te.* &, *Omitte nunc tristitiam tuam.* Spectatur autem in vultu hilaritas, & opponitur propriè τῇ σκυθρωπότητι. Mox lege, ὅτε δεῖ, non ὅτι. Sic in illo Theocriti,

χαίρω πῶς ὅτε τ' ἄνδρας ὁρῶ τὼς μήποτ' ὄπωπα.

Atque hoc tam pusillum mendum à doctissimo

Fur

Furlano quum non esset animaduersum; vt nihil hîc videret, effecit.

Ad caput περὶ ἀπιστίας.

Ἔστιν ἀμέλει ἀπιστία.] Huic contrarium vitium est, quam Græci εὐήθειαν vocant, Latini credulitatem, quæ sæpe in fatuitatem vertit. In medio autem horum extremorum, virtus est quædam ἀνώνυμος, prudentiæ velut ἀπορρὼξ, per quam & fidem iis habemus qui merentur: & eorum contrà fidem suspectam habemus, qui erga alios reperti sunt infideles. Semper enim, infixum in animo nostro esse debet Ἐπιχαρμεῖον illud, γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηται. itémque illud eiusdem poëtæ Ciceroni familiare. Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν. hoc est, interprete Q. Cicerone, *Nerui atque artus sunt sapientiæ*, NON TEMERE CREDERE. Extat in hanc sententiam præclara oratio Dionis Chrysostomi, quam velim legat iuuentus. Spectat eodem epistola XXII. Plinij, libro VI. lectu & ipsa dignissima: nec minùs elegans senis Ascræi effatum,

Καὶ πίστεις δ' ἄρ' ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

καὶ κατὰ στάδιον ἀειθμεῖν.] Habes amplum in hunc locum commentarium Plauti Aululariam: vbi mirificissimè miserum senicem Euclionem illa auri aula inquietat. Itaque ait Staphyla eum decies die vno extrudere omnes ædibus: vt nimirum solus thesaurum effodiat & nummos numeret. sed ipsum poëtam vide: est enim ingeniosissimus in illius in-

felicis ἀπιστία describenda. Similia reperias apud Lucianum in Alcyone.

εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιοῦχον.] Non damno hanc lectionem: etsi alibi hæc vox, quod meminerim, haud mihi lecta. Fortasse tamen κυνοῦχον scripserat auctor. Est autem κυνοῦχον vas quoddam instar magni marsupij, seruandis vestibus, & aliis id genus rebus: sic dictum à pelle canina, ex qua vel confici vel integi solebat, vt riscus Latinorum. Meminere κυνούχου Xenophon & Pollux non vno loco, itémque Eustathius, in ὀδυσσ. ε. Quid si etiam κυλικοῦχον scribamus? quam vocem pro κυλικεῖον legere alibi memini. Sed fortasse verius est, nihil esse mutandum. nam sic appellat, quas Iulius Pollux κοιλάς. In eodem auctore κυμινοδόχιον legas pro panario vel ἐδεσματοθήκη.

καὶ εἰ ὁ μοχλός.] Euclio Plautinus.

---occlude sis Fores ambobus pessulis.

εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλαίαν.] Puerilis sed frequens error, pro αὐλείαν. Apud veteres θύρα αὐλεία, siue αὔλειος, perpetuò est idem cum πρώτη θύρα.

μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν.] Suprà ad caput De stupiditate.

καὶ τὸ ἱμάτιον ὃ ἐκδῦναι δεινός] Inepta lectio, & quem ex ea sensum interpretes eliciunt, ineptus est, aut nullus potiùs. Dubio procul legēdum est vt emendauimus, ἐκδοῦναι. quam vocem suprà eodem sensu vsurpauit: capite De superstitione. Scribendum etiam, οὐχ ᾧ τὰ βέλτιστα ἔργ. non οὐχ ὥστ. Est Atticismus translatitius. οὐχ ᾧ, pro οὐκ ἐκείνῳ ὅς.

μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι.] Deesse aliquid, luce meridiana clarius. Nos ex coniectura locum supplebamus

mus in hanc ſententiam, εἰ δὲ μὴ, δοὺς εὐθὺς ἀπαιτεῖν. Sed poſtea adducti ſumus vt fermè crederemus, ita potiùs ſcripſiſſe Theophraſtum, μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι· εἰ δὲ μὴ, τὸν παῖδα κελεύειν ἀκολουθεῖν. nam quia ſequuntur illa verba καὶ τὸν παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα. puto hîc idem eſſe mendum quod ſexcentis locis obſeruauimus, vt bis poſitæ ab auctore voces locis vicinis, ſemel à librariis omitterentur. Similem ἀπιστίαν aut turpiorem etiam notat in diuitibus ſui temporis Iuuenalis ſatira quinta; vbi de illorum conuiuiis loquitur:

---tibi non committitur aurum.

Vel ſi quando datur, cuſtos affixus ibidem,

Qui numeret gemmas, vnguéſque obſeruet acutos.

Quid ſi etiam ſic legas, μά. μὲν μὴ δοῦναι, εἰ δὲ μὴ, στήσας (vel σταθμήσας) δοῦναι. Nam profectò ita eſt, diligentiores & cautiores patresfamilias, vaſa argentea ſi commodatò alicui concedant, non illa tradunt priùs quàm illorum pondus accuratè explorauerint.

καὶ τὸν παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα.] Malim τὸν ἀκολουθοῦντα, hoc eſt, puerum ἀκόλουθον, *pediſſequum*, vel famulum itineris comitem. Sic dictum vt ἁρμόζων pro ἁρμοστὴς, δικάζων pro δικαστὴς, aliáque apud Atticos: quæ & Latini ſunt imitati.

ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ᾽ ἔμπροσθεν.] Plautus Curculione.

I tu præ virgo: non queo quod pone me eſt ſeruare.

Idem Pſeudolo,

I puere præ: ne quiſquam pertundat crumenam, cautio eſt.

καὶ λέγουσι πόσου.] Legimus ita hunc locum, καὶ

λέγουσι, Πόσου, εἰπεῖν, Κατάθου. οὐ γὰρ χρ. inſerta voce εἰπεῖν quæ manifeſtò deſideratur. Πόσου autem verbum eſſe, non nomen, cenſemus: eſtque eo verbo vſus iterum capite vltimo. ſignificat numerare, & rationem inire. Solent autem mercatores venditæ mercis ſummam conficere, quam in librum rationum conferant, præſens ſi pecunia non numeretur. Quod docti quidam viri emendant, καὶ λιπόντι τοῦ ποσοῦ, ne Græca quidem eſt oratio, nedum eo digna qui à diuinitate ſermonis nomen inuenit: ſaltem dicerent ἐλλείποντι. ſed ne ſic quidem placet. Quod ait, οὐ χολάζω πέμπειν, accipi debet de ſeruo flagitatore. Si legeretur Κατάθες pro κατάθου, eſſet id, *Solue nunc.* quod Græci dicunt, αὐτόθεν κατάβαλλε. ſed nihil neceſſe mutare, præſertim ſine veteribus libris: quorum equidem hoc maximè loco optarim fieri mihi copiam. Non eſt autem dubium notari hîc diffidentiam mercatorum, quorum pleriſque manus ſunt oculatæ, neque quicquam niſi quod vident, credunt. Tale fuiſſe Græcorum maximè ingenium videtur: vt illi ægrè ſuas merces cuiquã abſque præſenti pecunia crederent. vnde eſt apud Plautum prouerbium, *mercari Græca fide.* At ſummus Philoſophus Plato, qui ſciret quàm multa incommoda pariat mercatorum facilitas ſuas res temere credentium: (ab hoc enim fonte infinitæ poſtea lites manare ſolent, vt alia taceam mala:) adeo ἀπιστίαν hanc non improbauit, vt etiam lege cauerit, ne quis mercator ſuas merces ante pretij numerationem cuiquam daret: aut ſi dederit quis, & poſtea ad ſuum peruenire nequeat, ſibi, inquit, imputet: neque vllam actionem datum ſibi iri eo

nomi

nomine, ſperet. Verba Platonis ſunt in octauo De legibus, Ἐν τούτοις ἀλλάττεσθαι, νόμισμά τε χρημάτων καὶ χρήματα νομίσματος, μὴ προϊέμενον ἄλλον ἑτέρῳ τὴν ἀλλαγήν. ὁ δὲ προϊέμενος ὡς πιστεύων, ἐάν τε κομίσηται, καὶ ἂν μή, στεργέτω, ὡς οὐκ ἔτι δίκης οὔσης τῶν τοιούτων περὶ συναλλάξεων. Appellat Plato ἀλλαγὴν emptionem & venditionem: eſt enim re vera permutatio quædam, vt etiam Ariſtoteles & Iuriſconſulti docent: Προΐεσθαι verò τὴν ἀλλαγήν, eſt, cùm vel pecuniæ numeratio rei exhibitionem præcedit, vel contrà. Vtrumque improbat Plato. Doctiſſimus Ficinus aliorſum locum hunc Platonis traxit, & de auctoribus ſecundis accepit, de quibus diximus ſuprà, capite Περὶ ἀκυρίας. quod etſi ineptum non eſt, minùs tamen probo. At alij quidam interpretes quid obſecro ſomniarunt, quum illum locum tractarent? Vide locum lector: ridebis: imò indignaberis, & dices cum Iuliano, ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων. Verbum προΐεσθαι ſic eſſe accipiendum monemus etiam in Animadu. noſtris ad Athenæum. eo ſenſu & προδιδόναι vſurpabant. Vnde eſt πρόδοσις. Hermippus vetus comicus, vt ait Pollux, eum qui vinum de cupa ſumpſerat, neque ſoluerat, προδόσει πίνειν εἴρηκε, venuſtiſſimo ioco.

οὐ γὰρ χαλάζω πέμπειν.] Iam diximus de eo ſeruo hæc debere intelligi, quê è re Græci ἀπαιτητὴν, Latini *flagitatorem* dixerunt: ceu debitarum hero ſuo pecuniarum exactorem. eum verò qui publico debita exigebat, διαχαράκειον aliquando Græci dixerunt. auctor Heſychius.

Ad caput περὶ δυσχερείας.

Ἔστι δ' ἡ δυσχέρεια.] Subtiliter diſtinguit Theophraſtus inter δυσχέρειαν, & ἀηδίαν, de qua ſequenti capite: vtraque voce notatur quorundam hominum in congreſſionibus & vitæ quotidianæ vſu ſcæuitas ac ſiniſteritas: quibus nihil penſi eſt, eo eſſe habitu, eo ornatu, iis moribus, eos denique ſermones vſurpare, qui ſint iure merito iis quibuſcum verſantur, tædio, odio, & (quæ fuit veterũ ſuperſtitio) tanquam mali ominis, execrationi. Ac videntur τὸ δυσχερὲς καὶ τὸ ἀηδὲς differre potiùs τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον quàm genere: etſi Theophraſtus per diuerſa genera illa deſcribit, non enim dicam definit. Ipſe ſanè etiam τὸν δυσχερῆ hoc capite vocat ἀηδῆ: vt appareat quàm paruo interuallo hæc duo vitia diſtent: quorum tamen longè grauius & tetrius eſt quod δυσχέρεια appellatur. Exiſtimauimus autẽ commodiſſimè δυσχέρειαν Latina voce *fœditas*, aut *ſpurcities*, exprimi: nam qui *immunditiam* vertunt, parum omnino dixerunt, nec Græcæ dictionis vim ſunt aſſecuti. Fuêre quibus *intractabilitas* videretur nominanda, quam nos *fœditatem* diximus. ſed quis Latinorum ita, vnquam vſus illa voce? Propriè ſanè δυσχερὲς dicitur, vt ipſum nomen indicat, & innuit eruditiſſimus A. Gellius, quod eſt intractabile, & moleſtũ atque odioſum. ſic dicuntur δυσχερῆ ἕλκη vlcera inueterata & fœtida: vt cùm ait Dio Chryſoſtomus de Philoctete, neminẽ voluiſſe eũ νοσηλεύειν διὰ τὴν δυσχέρειαν τῆς νόσου. & Plutarchus ait quoſdam eſſe morbos ἀτίμους καὶ μισητούς, quales nimirum ſunt

qui

qui hîc commemorantur : quales etiam fuerunt olim Laſpodiæ & Damaſiæ Athenienſum, quos vt σαπρογηρύμοις ob fœtiditatem fœditatémque Ariſtophanes & Eupolis traduxerunt. ſic & δυσχεραίνειν verbum accipitur, vt apud Plutarchum in Artoxerxe: ἀλφοῦ καταινεμηθέντος αὐτῆς τὸ σῶμα ἐδυσχέραινεν ἐπὶ τούτῳ μηδ' ὁπουῦ. Non ſolùm autem fœditatem notat hæc vox, ſed etiam, vti diximus, malum omen : ferè enim apud Demoſthenem, & alios ſcriptores Atticos τὸ δυσχερὲς infauſtum aliquid ac βλάσφημον ſignificat, vt explicatur ab Vlpiano. Sic apud Latinos voces *fœdus* & *ſpurcus*.

καὶ ἀλφόν.] Seneca, *fœdam ex albo varietatem* nominat: Naturalium libro III. Fuiſſe δυσχερῆ morbum, etiam Plutarchi quem modò attulimus, locus declarat.

Ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα.] Appellat συγγενῆ quæ propriè συγγενικὰ, vt apud Plutarchum in Pericle : & paſſim apud Galenum : qui non vno loco diſputat contra ſophiſtas (ſic enim appellat) qui dicebant οὐδὲν εἶναι συγγενικὸν πάθος. Sic συγγενῆ σημεῖα Ariſtoteli quæ Straboni συγγενικά. Non ſunt autem συγγενῆ ἀῤῥωστήματα *ingeniti morbi*, vt docti viri vertunt : ſed *gentiles & auiti*. Nam etſi ſcio, συγγενὴς interdum accipi pro σύμφυτος, ægrè tamen conceſſerim, νόσον συγγενικὴν & σύμφυτον idem propriè ſonare. Exiſtimo enim propriè σύμφυτον νόσημα eſſe morbum qui ἀπὸ παιδὸς συνέβη, καὶ συνανδρώθη, vt loquitur Hippocrates ſecundo prorrhetico. *genitiuum morbum* Latinè dixerim ; ſicut dixit Ouidius *genitiuam imaginem*. Suetonius in Auguſto, *genitiuas notas*, hoc eſt σύμφυτα σημεῖα, non autem

συγγε-

συγγενικά. Συγγενὴς enim vel συγγενικὸν eſt, quod à patre acceptum eſt, & vt hîc Theophraſtus explicat, cui pater aut auus ambóve fuerint obnoxij. Nam certum eſt, morbos pleroſque per ſucceſſiones quaſdam vt alia tradi. quin ſæpe accidit, vt ex interuallo reddantur eædem notæ, iidem næui morbíque in nepotibus, qui in filiis deſiiſſe videbantur. Plutarchus De ſera numinis vindicta Ἀκροχορδόνες, inquit, καὶ μελάσματα καὶ φακοὶ πατέρων ἐν παισὶν ἀφανισθέντες ἀνέκυψαν ὕστερον ἐν υἱωνοῖς καὶ θυγατριδοῖς.

ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις.] Videtur hæc δυσχέρεια frequens per illa tempora Athenis fuiſſe: vt meritò Theophraſtus hanc notam nõ prætermiſerit. Nam etiam apud Ariſtophanem in Equitibus, quo loco certant adulationis certamen Cleon & Agoracritus, fartor ille impurus pyxidem vnguenti pollicetur iſtiuſmodi hominibus, quibus tibiarum vlcera ſibi inungant.

Ἐγὼ δὲ, inquit, κυλίχνιόν τε σοι καὶ φάρμακον δίδωμι,
Τ' ἀν τοῖς ἀντικνημίοισιν ἑλκύδρια περιαλείφειν.

alludit idem poeta etiam in Pluto. vbi Chremylus inter moleſta ſedulitatis officia ſibi blandientium, hæc ponit, Νύττουσι γὰρ καὶ φλῶσι τ' ἀντικνήμια. non intelligunt hunc locum interpretes, qui φλᾶν hîc putant eſſe frãgere aut infringere: nam contrà molliter tractare ſignificat, & cum gratificandi ſtudio. Heſychius μαλάττειν & τρίβειν exponit: ideo addit, eos qui iſta ſibi facerent, hoc ipſo velle declarare ſuam beneuolentiam. Refero ad hunc morbum Athenienſium quod ait Lucretius libro ſexto,

Atthide tentantur greſſus, oculique in Achæorũ Finibus. Hæc ſunt quæ vocat Plinius *tibiarum tetra vlcera,*

cera, libro XXII. alibi, *tibiarum tædium*, quod reſpondet voci Theophraſti ἀηδία. Ita affectos appellat σαπρεγκινήμοις Dioſcorides. ϛξγʹ.

καὶ προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις.] Sic vocat tubercula in manibus ſolita oriri, quæ cutem non ſinunt eſſe planam, ſed aſperam efficiunt: vnde etiam ἡ λέπρα nomen inuenit apud Græcos. Huius generis προσπταίσματα ſunt ἀκροχορδόνες, μυρμηκίαι, δοθιῆνες, χοιράδες, & aliæ φυμάτων ſpecies. Fuiſſe enim ἀηδεῖς & δυσεντεύκτους, qui haberent iſtiuſmodi tubercula, etiam Horatius indicat,

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum
Poſtulat, ignoſcat verrucis illius.

Seneca: *Papulas obſeruant alienas, ipſi vlceribus obſiti.* Poſſumus etiam paullò aliter προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις explicare: vt ſint læſiones digitorum ex offenſatione, hoc eſt, ἐκ τοῦ προσπταίειν: vt cùm pes ad lapidem aſperum offendit, & laceratur cutis, ac fit vulnus: aut cùm ex preſſura ſanguis coit & corrumpitur. Sæpe enim accidit vt quæ ab initio neglecta ſunt, magnum malum tandem afferant, ac nonnunquam integri membri perniciem: vbi ſemel εὐΐατα priùs vulnera mutarunt in κακοήθη & ἀνήκεστα, & quæ medici θηριώματα καὶ χειρώνεια ἕλκη ac τηλέφια vocant; Plinius, *vlcera deſperantia.* Confirmat hanc interpretationem Pollux, qui notat digitorum κρούματα, hoc eſt, læſiones ex offenſione, πταίσματα appellari, ab Ariſtophane ἐπιπταίσματα. Et in libris medicorum πρόσπταισμα eſt ἕλκος ἐκ τοῦ προσπταῖσαι. Idem fere πρόσκομμα. de quo vide Euſtathium.

τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν.] Eſt figura ἓν

ra ἓν διὰ δυοῖν. *ferinas & hirsutas alas habere*, pro, *ferarum more hirsutas.* Non temerè autem hæc dicit Theophrastus : inualuerat enim tunc tẽporis mos hic apud Athenienses, sanè δυσχερὴς & fœdus. Multi igitur quo magis viri fortes viderentur, & ab omni mollitie alieni, studuerunt hirsuti esse sub axillis. Nam quum in concionem venerant, in suffragiis ferendis, partem illam denudabant, vt posset ab omnibus, postquam manum vel brachium sustulerant, conspici.laudi autem ducebant videri habentes illam partem fruticãte pilo neglectam,& totum latus horridum. Apud Aristophanem Concionantibus mulier quædam indicare volens omnia se fecisse per quæ latere in virorum cœtu posset,& pro viro haberi,sic infit,

--πρῶτον μὲν γ᾽ ἔχω τὰς μασχάλας
λόχμης δασυτέρας.

Scholiastes ibi, ἔθρεψαν, inquit, τρίχας, ἵνα ὅταν χειροτονῶσι, δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι. Quòd autem in ferendis suffragiis, quod χειροτονεῖν à sublatione manuum vocabant, latus nudarent, ex his apparet in eadem fabula,

Ἐκεῖνο δ᾽ οὐ πεφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ
Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε.
Πρ. Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ᾽. ὅμως δὲ χειροτονητέον
Ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.

ἄχρι ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν.] Iuuenalis *grandes alas* appellat:

Sed caput intactum buxo,naréſque pilosas
Adnotet,& grandes miretur Lælius alas.

Idem poëta,

Hiſpida membra quidem,& duræ per brachia setæ,

Prom

Promittunt atrocem animum.

Perſius,

Hinc aliquis de gente hircoſa centurionum.

Conſtat verò, apud Romanos ſine vlla mollitiei ſuſpicione alas velli ſolitas: ſed poſtea eò deliciarũ ventum eſt, vt volſellis, pice, reſina, & pumice brachia, crura, aliáſque partes læuigarent: quam ad rem ſeruorum miniſterio vtebantur, quos alipilos vel alipilarios vocarũt, Græci δρωπακιςάς.

τοὺς ὀδόντας μέλανας, καὶ ἐσθιομένους.] Facetè dentes dixit ἐσθιομένους, (Hippocrates & ἐσθιομένοις & βεβρωμένοις) cùm potiùs iis conueniat vt ſint ἐσθίοντες. pari elegantia Symmachus, *Rus*, ait, *quod ſolebat alere, nunc alitur.* Plinius de ſene quodam, libro octauo epiſtolarum, *Quinetiam (fœdum miſerandúmque dictu) dentes lauandos fricandóſque præbebat.* vbi *fœdum miſerandúmque*, planè eſt δυσχερὲς καὶ οἰκτρόν.

καὶ τὰ τοιαῦτα.] Simile illi capite Περὶ βδελυρίας, Τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα, καὶ φ. Hæc autem quæ ſequuntur, etſi fœda ſunt, & βδελυρίας μεςὰ, alia tamen fœditate laborant, quàm præcedentia. Ideo videtur quodammodo à ſuperioribus ea diſtinguere voluiſſe.

θύειν ἀρξάμενος προσλαλεῖν.] Nihil mutauimus, libris non addicentibus. Notat, iſtum, cùm ſacra facit, lingua non fauere, quod factum oportuit, vt mox dicemus. Non diſpliceat mihi ſi ἐσθίειν legatur: Clemens Alexandr. Pædagogi libro II. παραφυλακτέον καὶ τὸ φθέγγεσθαι ὁ, τιοῦν ἐσθίοντα ἅμα. ἀπρεπὴς γὰρ καὶ ἄσημος ἡ φωνὴ γίνεται, πλήρεσι ταῖς γνάθοις ςενοχωρουμένη.

καὶ ἀπερυγγάνειν ἀπὸ τοῦ ςόματος.] Quid emittit?

ſputum nempe, hoc eſt, τὸν σίαλον: vnde σιαλόχοις iſtos Græci vocitarunt. Heſychius, Σιαλόχοις, τοὺς προσραίνοντας σίαλον ἐν τῷ προσδιαλέγεσθαι. extat & verbum σιαλοχέειν apud Hippocratem III. de morbis. Ab hoc vitio nomen inuenit olim Athenis Antimachus quidam Ψακὰς cognominatus: quia, inquit comici ſcholiaſtes, προσέῤῥαινε τοὺς συνομιλοῦντας διαλεγόμενος. Iuuenalis,

Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles,
Conſpuitúrque ſinus.

Alludit B. Chryſoſtomus ad hanc fœditatem, cùm dicit in epiſtolam, ad Romanos, de nonnullis peccatoribus, πολλοὶ ἐν τῷ στόματι περιῤῥέοντα τὸν σιελὸν περιφέρουσι.

ἅμα πιεῖν, προσερυγγ.] Fortaſſe ἅμα τῷ πιεῖν, aut πίνων.

ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι.] Putà, oleo lucernario, quo infimæ ſortis quidam ſe inungebant. Horatius,

---vngor oliuo,
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.

Iuuenalis in quinta,

---at hic qui
Pallidus offertur miſero tibi caulis olebit
Laternam. illud enim veſtris datur alueolis quod
Canna Micipſarum prora ſubuexit acuta:
Propter quod Romæ cum Bocchare nemo lauatur.

Vngebantur pauperes & γλοιῷ, hoc eſt, olei ſtrigmentis, vt indicat locus Teletis quem ſuprà protulimus.

εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν.] In hoc eſt ἡ δυσχέρεια: nam veteribus in foro honeſtè veſtiri moris erat: domi quod

quod ſatis eſſet. aliud enim homini, aliud humanitati ſatis eſſe cenſebāt, vt ait Varro. Inde eſt veſtis alia domeſtica, ſiue *οἰκουρούντων*: alia forenſis, ſiue τῶν *εἰς ἀγορὰν προερχομένων*, Ciceroni ac Suetonio & Plutarcho in Sylla. Qui igitur fœdè veſtiti in publicū prodirent, odio erant & irriſui, vt indicat Iuuenalis ſatyra III. De mūditia in veſtitu locus elegans Senecæ epiſtola XCIII. *Mundæ veſtis electio appetenda eſt homini: Natura enim homo mundum & elegans animal eſt. Itaque non eſt bonū per ſe munda veſtis, ſed mundæ veſtis electio: quia non in re bonum eſt, ſed in electione: quia actiones noſtræ honeſtæ ſunt, non ipſa quæ aguntur. Quod de dixi, idem de corpore me exiſtima dicere.*

εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης, βλασφημῆσαι.] Vertunt, *quum egreditur mater.* ſed ἐξελθούσης, dixit Theophraſtus, non ἐξερχομένης. De eo loquitur qui matri adſit ſacra facienti ex præcepto auguris. Fauere linguis olim in re ſacra, vel maxima religionis pars erat. Fauebant autem linguis, duobus modis: vel ſilentes; vel, ſi loquerentur, malè ominatis verbis parcentes. Itaque non ſolùm in templis præcones fauentiam imperabant, vt ex Plutarchi Theſeo, Feſto, & tragicis notum: ſed etiam cùm indicerentur feriæ, populus per eoſdem præcones monebatur, vt à litibus iurgiiſque abſtinerent, &, vt loquitur Attius, *ore obſcœna dicta ſegregarent.* quod & ait M. Tullius, & diſertè præcipit Plato in vndecimo Legum; cui legi non multùm diſſimilem Solonis legē Plutarchus in vita refert. Græci *εὐφημεῖν* hoc dicunt: cui opponitur *βλασφημεῖν.* qua notione hîc accipitur & ſæpe apud Platonem. Plautus in Caſina *benedicere* dixit τὸ εὐφημεῖν

vel εὔχεσθαι μετ' εὐφημίας. At τὸ βλασφημεῖν eidem in Asinaria *obscœnare* dicitur: in Casina *omen alicui vituperare.* Vlpianus Iurisconsultus, τὸ βλασφημεῖν τινὰ eleganter dixit, infaustas voces aduersus aliquem iactare. Tunc autem plurimùm videntur existimata nocere verba malè ominata, quando à cognatis pronuntiarentur. Plato septimo Legum, Θυσίας γενομένης καὶ ἱερῶν καυθέντων κατὰ νόμον, εἴ τις φαμὲν, ἰδίᾳ παραστὰς τοῖς βωμοῖς τε καὶ ἱεροῖς υἱὸς ἢ ἀδελφὸς βλασφημοῖ πᾶσαν βλασφημίαν, ἆρ' οὐκ ἂν φαῖμεν ἀθυμίαν καὶ κακὴν ὄτταν καὶ μαντείαν πατρί τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν οἰκείοις φθέγγοιτο ἐνπιθείς. propterea ait Theophrastus τῆς μητρός. Porro quæ fuerint illa verba à quibus abstinendum esset in sacris, sciremus si peruenisset ad nos Suetonij liber, cuius hodie superest solùm index *De vocibus malè ominatis.* vide Artemidorum libro I I I. capite X X X V I I I. Constat sanè miram fuisse veterum hac in re superstitionem: erant enim pene infinita, quæ nominare religio esset. Ac quoniam venit mihi in mẽtem loci cuiusdam Demosthenis, vbi est talis ὀττείας exemplum, quod doctissimus eius interpres non animaduertit, obiter eum proferam & illustrabo. In ea contra Leptinem de veterum præmiis loquens, τότε μὲν, inquit, ἡ πόλις ἡμῶν, καὶ γῆς εὐπόρει, καὶ χρημάτων, νῦν δὲ εὐπορήσει. δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ βλασφημεῖν. Eruditissimus Vvolfius βλασφημεῖν vertit *conuiciari.* non rectè profectò. nam hoc voluit Demosthenes, religionem esse sibi, dicere Rempublicam ἀπορεῖν: idque verbum à se respui propter ominis diritatem: ideo dicit εὐπορήσει· quia dicere ἀπορεῖ non audebat, εὐπορεῖ non poterat. Neque aliter scholiorum Græcorum

auctor

auctor interpretatur: quem caussa non erat cur hîc non sequeretur Vvolfius. Terentius,

Vnde dem, rectè est: nam non habere me religio est dicere.

non ouum ouo magis simile. Sic βλάσφημον εἰπεῖν apud eundem alibi. Similis item superstitio apud Æschylum in Agamemnone, vbi Clytemnæstra post acceptum per faces signum, quod parum fidei apud multos merebatur, videns nuntium à marito missum ad se accedere; Nunc, ait, de rei veritate constabit. nam is quem video aduenientem tabellarius, aut læta nunciabit, aut tristia. hoc illa quum vellet dicere, posterius tamen membrum omittit, & abominari se mali mentionem ait. Sic illa:

Ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων·
Τὸν ἀντίον δὲ τοῖσδ' ἀποστέργω λόγον.

Simile & illud est apud M. Tullium in epistola ad Cassium, libro XII. *multum interest te venire: exigua est enim spes Reip. nam nullam non licet dicere.* ita enim hic locus accipiendus.

σπενδόντων ἐμβαλεῖν τὸ ποτήριον.] Scribendum est ἐκβαλεῖν· sicut apud Plutarchum in Crasso in simillima re, τὰ σπλάγχνα τοῦ μάντεως αὐτοῦ προσδόντος, ἐξέβαλε τῶν χειρῶν. id quod visum esse ait circunstantibus verè τεράστιον & triste. Hæc sunt quæ Romani *caduca* auspicia vocabant. Festus, *Caduca auspicia dicunt, cùm aliquid in templo excidit, veluti virga è manu.* Non hoc dicit Festus (quod putat summus Scaliger) tum demum caducum esse auspicium, si è manu flaminis commentaculum virga excidisset: sed quoties aliquid excidisset, puta spondeum

vt hoc loco Theophrasti: aut victima, vel τὰ σπλάγχνα, vt Crasso accidit: aut de capite sacrificantis, vitta, quod de Sythace canit Silius Italicus. Simile est quod notat Cicero De aruspicum responsis, ludos esse non rite factos, si puer patrimus & matrimus tensam aut lorum omitteret. Meminerat iterũ Festus huius superstitionis in voce *silere*, quantum ex iis quæ supersunt, licet coniicere.

ἀποπτύσαι δὲ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τρ.) Nihil hoc fœdius, nihil spurcius: verùm præterea notandum est, non δυσχέρειαν tantùm hîc esse: sed etiam, vt sunt cõcatenata vitia, fastum, & conuiuarum contemptum. Olim enim in conuiuiis aut aliis congressionibus, procul spuere, signum habebatur eminentię. Plautus dixit, *magnificè conscreare*: Quintilianus, *clarè exscreare*. Sotades apud Stobæum:

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον·
Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κραλῇ πρεισσῶ·
Ἂν εὐϊματῆς, ταῦτα πρό σου πρόβατον εἶχεν.

Præclarè verò Clemens Alexandrinus, de hoc ipso loquens II. Pædagogi, ἀγερωχίας καὶ ἀταξίας σύμβολον, τὸ προσθεῖναι τοῖς ἤχοις ἐθέλειν, μὴ οὐχὶ ἀφαιρεῖν. Sic & plurimum tussire potentiorum erat tantùm. Petronius, *Secundùm hanc formulam imperamus Eumolpo vt plurimum tussiat, vt sit solutioris stomachi, cibósque omnes palàm damnet, loquatur aurum & argentum, fundósque mendaces.* Erant item argumenta potentię, ceruices inflectere, & altum loqui, vt ex Plutarchi Pyrrho & Demosthene intelligitur.

Ad

Ad caput περὶ ἀηδίας.

ΕΣτι δ' ἀηδία.] Iam diximus ad caput ſuperius. Parum autem differre δυσχέρειαν & ἀηδίαν, etiam ex eo diſcimus, quòd Plato & Demoſthenes ſæpe vtramque vocem pro eodem vſurpant, quod à nobis eſt obſeruatum. Sed & apud alios ſcriptores has voces ſæpe coniunctas leges: vt cùm Iſocrates in Aeginetica, morbo Traſylochi tribuit δυσχέρειαν & ἀηδίαν ſimul: & cùm exponunt veteres critici prouerbium ἄλις δρυός. ſcribunt enim dici ἐπὶ τῶν δυσχερῶς καὶ ἀηδῶς ἐσθιόντων· ὕστερον δὲ κάλλιόν τι εὑρόντων. Latiſſimè ſanè vox ἀηδία patet, & quæ ſæpe nihil aliud eſt quàm ineptitudo quædam, aut φορτικότης. Poſſis pro loco rectè vertere *inſulſitatem*, vel *tædium*, aut *odium*; quanquam Plautus & Terentius ipſum potiùs τὸν ἀηδῆ *odium* appellare ſolent. Plautus in Milite, *incommoditatem* dixit τὴν ἀηδίαν: vt contrà tam apud ipſum quàm apud alios veteres, ipſumque adeo M. Tullium, *commodus* eſt is qui opponitur τῷ ἀηδεῖ. cuius hominis habes graphicam deſcriptionem in Milite Plautina, ſcen. *Cohibere intra lim.* illo loco. *Et ego amoris*, &c. Notabis, vocem ἀηδὴς, & eum ſignificare qui tædio eſt, & eum qui eſt faſtidioſus. Nam ita quoque vſurparunt. Ariſtoteles Magnorum moralium, libro ſecundo, ὁ πλοῦτος πολὺς γινόμενος ὑπερόπτας καὶ ἀηδεῖς ἐποίησεν. *Diuitiarum acceſſio ſuperbos & faſtidioſos, moroſóſque efficere ſolet.* Par huic vox veterum Latinorum *Tædulus*. vide Feſtum.

καὶ ἀναγκάζειν μέλλοντας, κωλύειν.] Non diſpliceret

μέλλοντα. Sensus erit: Solet retinere amicum qui iam nauim soluebat, & eius comites rogare, vt tantisper expectent donec aliquot cum illo suo amico spatia confecerit.

μασώμενον σιτίζειν αὐτός.) Insigniter lapsi sunt interpretes non animaduerso vnius literulæ mendo. Legendum enim μασώμενος, non μασώμενον. Iam quod iidem μασᾶσθαι interpretantur *mammam sugere*, puerilis est in re puerili error. Σιτίζειν dicuntur nutrices suos alumnos, quando illis mansum ex ore suo cibum in os indunt: ipsi autem pueri ψωμίζεσθαι. Aristophanes Equitibus.

Κλ. Ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμίζεται.

Αλ. Καθὼς περ αἱ τίτθαι σιτίζεις κακῶς.

Μασώμενος γὰρ τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεὶς·

Αὐτὸς δ᾽ ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας.

καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων.] Signatè loquitur: Est enim propriè ὑποκορίζεσθαι, τὸ τοῖς παισὶ πρὸς ψυχαγωγίαν λέγειν τινὰ, cum infantibus nutricum more balbutire. Inde ad alia transfertur, quoties pro duriore voce mollior vsurpatur & minimè odiosa. Cicero Attico, *Video infinitum bellum, iunctum miserrima fuga, quam tu peregrinationem* ὑποκορίζῃ. Accipitur & aliter. Sed hæc vulgò nota. Ποππύζειν vox est ὀνοματοπεποιημένη pulchre ad imitationem eius qui voce blanditur, siue infanti siue equo. ponitur & pro manu blandiente permulcere, siue καταψήχειν.

καὶ ζωμοῦ τοῦ παρακειμένου.] Scribendum est, καὶ ζωμοῦ του παρακειμένου, εἰπεῖν ὅτι ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτοῦ μελαντέρα ἡ χολή. Est autem του pro τινός. Intelligit ius nigrum, quod ἔδεσμα Λακωνικὸν à Grammaticis dicitur, quia plurimus eius vsus Lacedæmone:

ne; erátque hoc in eorum phiditiis cœnæ caput, vt ait etiam Cicero: ſed & aliæ gentes Græciæ eo vſæ. vide Athenæum.

ἐναντίον τῶν οἰκείων.] Quod tempus alios ſermones poſtulabat. Peccat igitur inſcitia temporis; eſtque non ſolùm ἀηδὴς, ſed etiam ἄκαιρος.

ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐστὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον.] Etſi aliud eſt λάκκος, aliud ψυγεῖον, ſiue, ὑδροψύγιον, hoc eſt, *frigidarium*: tamen, vt vides, etiam λάκκοι à frigiditate commendabantur. Macho poëta apud Athenæum,

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεοὺς, ψυχρόν γ' ἔφη
Γνάθαιν', ἔχεις τὸν λάκκον ὁμολογουμένως.

Frigida delectatos fuiſſe veteres Græcos conſtat: an calida vterentur, quæ poſtea fuit in deliciis, quærit Pollux libro IX.

Δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τις.] Suos enim paraſitos oſtentabant. vnde Diogenis iocus, qui mures hoſpitibus oſtendens, hi, inquit, ſunt mei paraſiti. Itaque ait ille in auctione paraſitica apud comicũ,

---*nemo meliores dabit:*
Nullis meliores eſſe paraſitos ſinam.

ἐπὶ τοῦ ποτηρίου.] hoc eſt, *ſuper cœnam*, vel *inter cœnam*. Plutarchus in Alexandro, ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης. Plato in Conuiuio, ἐπὶ τῇ κύλικι λέγειν. Vox ὅτι, vel παρέλκει, vel etiam fortaſſe tolli debet.

Ad caput περὶ μικροφιλοτιμίας.

Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία.] Eſt hoc vnum è vitiis illis quæ circa τιμὴν καὶ ἀτιμίαν verſantur: ſunt

enim non pauca, ſed quæ ferè nomine careant. Ariſtoteles præcipua tantùm explicat, χαυνότητα & μικροψυχίαν. iſtud autem vitium quod hoc capite deſcribit Theophraſtus, obiter tātùm attingit in IIII. Nicomacheorum: quo loco ait, eum qui ſit μεγαλόψυχος τῆς παρὰ τῶν τυχόντων καὶ ἐπὶ μικροῖς πάμπαν ὀλιγωρήσειν τιμῆς. Nihil enim aliud eſt μικροφιλοτιμία, quàm cupiditas honoris ſiue laudis, vel, vt dicam melius, laudationis ἐπὶ μικροῖς, ob minuta quædam & parua. Atque hanc cupiditatem veriſſimè Theophraſtus illiberalem iudicat. Neque verò vnicum eſt iſtorum hominum genus, ſed duplex: ſunt enim quidam φιλότιμοι, neceſſariò μικροφιλότιμοι: eos dico, qui vellent quidem laudem poſſe mereri alia ratione: ſed quia inopes ſunt, & iis præſidiis deſtituuntur, quæ ad conſequendos honores veros deſiderantur: (ferè enim ἀμφὶ τιμὰς, vt ait Pindarus, μάρναντι δαπάναι.) qua poſſunt ratione, tentant innoteſcere, & vt laudentur, verſenturq; in hominũ ore, efficere. Atqui ſatius erat, ſua ſorte cõtentum, abſtinere ab omni tali cupiditate. Hæc eſt quam paupertatem ambitioſam vocat Iuuenalis. Alterum genus eſt eorum qui ſimul duobus morbis grauiſſimis tenentur, ambitione & auaritia. Hos, vt honores affectent, impellit ambitio: vt non rectam viam inſiſtant, ſed ſumptus maximè fugiant, facit auaritia. Μικροφιλοτιμίαν autem poſſis Latinè dicere *ambitionem gloriæ ineptam & ſordidam*: vel, *ineptam & friuolam*, ſicut A. Gellius *oſtẽtationem ineptam & friuolam* dixit. & apud eundem, *homo ineptè glorioſus* libro XIII. non longè abeſt ἀπὸ τοῦ μικροφιλοτίμου.

καὶ τὸν

καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι, ἀπαγαγὼν εἰς Δελφούς.] Athenis fuit hic mos: Iuuenes comam alebant ad annos pubertatis: tum à parentibus ad tribules adducebantur, vt comam tonderent, quæ μαλλὸς & σκολλὺς dicebatur. fere autem & Græci & Romani comam hanc primam alicui deo conſecrabant: & cùm illam alere ſe in eius honorem dicebant: tum vbi tonderentur, illam in eius Dei templo ponebant: cuius rei apud Pindarũ, Aeſchylum, Feſtum, aliosq́; ſunt teſtimonia. Ac videntur vulgo Athenienſes Herculi cõſecrare ſoliti aut alicui alij deo, cuius templum eſſet in vrbe. Heſychius: Ἀθήνησιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν πρὶν ἀποκείρασθαι τὸν μαλλὸν, εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνου, καὶ σπείσαντες τοῖς συνελθοῦσιν ἐπεδίδουν πίνειν. ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο οἰνιστήρια. Ita igitur vulgus: at qui ſupra vulgus exiſtimari volebant, antiquo Athenienſium inſtituto, cuius meminit Plut. in Theſeo, comam filiorum ſuorum Apollini Pythio conſecrabant, & quum tempus aduenerat, Delphos ſuos filios adducebant, vt ibi comam deponerent. quod auctor vult eſſe μικροφιλοτιμίας indicium.

ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται.] Olim τρυφηταὶ & beati homines, puerorum Aethiopum miniſterio vtebantur. Auctor ad Herennium deſcribens oſtẽtatorem ineptum, *Et dicit in aurem, aut vt domi lectuli ſternantur, aut ab auunculo rogetur Æthiops, qui ad balnea veniat, aſturconi locum ante oſtium ſuum detur, aut aliquod fragile falſæ choragium gloriæ comparetur.* Athenæus in deſcriptione conuiuij Cleopatræ, λαμπληφόρους παῖδας Αἰθίοπας παρέστησε. Iuuenalis,

----tibi pocula curſor

Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri.

Similiter mulieribus fuerunt suæ ex Aethiopia ancillulæ, vt est apud Terentium. Tibullus,

Illi sint comites fusci quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

Et in epistola Leontij ad Lamiam apud Alciphronem nominantur θεράποντες, θεράπαιναι, Ἰνδοὶ, Ἰνδαί. Fuit etiam magnus vsus Afrorum nomenclatorum, quod ex Luciano colligimus, Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ σ.

καὶ ἀποδοὺς μνᾶν ἀργ.] Scribe ἀποδιδούς. Καινὸν autem intelligo nũmum recèns percussum & nouũ. tales enim nummi veteribus & vsu tritis ac sordidis præferuntur. Tale illud in nono Apuleij *demonstrat ei nouitate nimia candentes aureos.* Hi sunt quos vocant nummos asperos, Seneca, Suetonius, Persius. vt valde miratus sim nuper doctissimi viri sententiam, qui eam vocem ab origine Arabica repetit. verùm de eo aliàs pluribus.

ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσπατταλεῦσαι.] Ita moris fuit apud Græcos, eam partem ædium (quæ ab ingredientibus prima conspicitur, aut à prætereuntibus, quando fores patent, quam ἐνώπια vocabant) omnibus modis ornare: ideo Homerus, ἐνώπια παμφανόωντα dixit. Hesychius, Ἐνώπια, τὰ κατάντικρὺ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παριόντων. Vide ampliùs Eustathium in Iliados rhapsodiam Θ, & in Odysseam. necnon Aelianum in epistolis. De Romanorum atriis & tablinis non est obscurum: at Græci atriis non vtebantur, si credimus Vitruuio: eum vide libro VI. capite X.

ἀναβαλλόμενος τὸ θοιμάτιον.] Cùm transuehebantur

tur equites Athenis, veste erant amicti purpurea & varia. Scholiastes Aristophanis, ἐν πορφυρέοις καὶ ποικίλοις ἱματίοις ἐπόμπευον. Eam vestem ξύστιδα vocabant. Aristophanes Nebulis,

Ὅταν σὺ μέγας ὢν, ἅρμ᾽ ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν,
ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ᾽ ἔχων·

Interpres, ξυστὶς λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι μέχρι νῦν πομπεύοντες. Romæ quoque equites trabeati erant in transuectione.

ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ.] Mirus vsus vocis κλάδος. Putet fortasse aliquis rescribendum non procul ab editæ lectionis vestigiis, ΚΥΝΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΥ, vel ΚΥΝΙΔΙΟΝ ΜΕΛΙΤΑΙΟΝ, vel ΚΑΛΑΘΙΝΟΣ, vt in epigr. Adæi:

Τῇ βαιῇ Καλαθίνῃ ὑπὸ σκυλάκων μεγέθει.

quasi dicas, quasillariæ quæ in calatho aut ταλάρῳ educaretur. & potest vtroque loco nomen proprium videri. Puto tamen verius esse quod suprà diximus, cùm exponeremus illa ζωμὸν πολὺν γεγονέναι. quæ ibi legantur. In poëta minùs esset mirum: nã ob cognationẽ quæ est inter plantarũ genus, & ea quæ animalia propriè vocãtur, nõ mirũ, plantarũ appellationes ad homines aut alia animalia trãsferri: quod in vocibus ἔρνος, ὄζος, μόσχος, θάλος, ἀκρεμὼν, ὅρπηξ, στάχυς, passim apud poëtas licet obseruare. Nec soli poetæ his vocibus vsi, verùm & solutæ orationes scriptores, sed fere cum aliqua similitudinis exprimendę nota. Gregorius qui vitam B. Chrysostomi scripsit; ἐκ δὴ τοιούτων οἷά τις εὐθαλέστατος κλάδος ὁ τίμιος οὗτος Ἰωάννης βεβλάστηκε. Vide Isidori Pelusiotæ libro IV. epistolam CXLI. Ab eadẽ origine soboles & propago apud Romanos tribuuntur

an

animalibus.est igitur κλάδος Μελιταῖος, *surculus Melitensis*, hoc est catellus siue soboles, parua canum minimorum, quos veteres *Melitæos* vocabant: etsi parũ constat ab vtra Melita (duæ enim sunt eo nomine insulæ; altera in Africo mari hodie, sedes equitum Malthẽsium; altera in Ionio Siculo mari) adueherentur.

P. 59. ἐν τῷ Ἀσκληπιῷ.] Scribe vel sine ἐν, vel ἐν τῷ Ἀσκληπιοῦ. aut ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ. Erant duo Athenis tẽpla Æsculapij: alterum in vrbe: alterum in Piræeo, vel Acharnis. notat comici scholiastes.

τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανοῦσθαι κ' ἀλ.] Scribe, ἐκτρίβειν στεφανῶν· καὶ ἀλείφεσθαι ὅσ.

συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτ.] Scribe, τὰ παρὰ τῶν πρ. Sic vocat ea quorum administratio ad curam & officium prytaneorum pertinebat. Inter alia vnum hoc erat, quòd oportuit eos θύειν ἑκάστοτε κοινῇ, vt est in ea De falsa legatione. Solebant autem prytanei post rem diuinam factam populo renunciare, litassent ne an non. Extat eius moris illustre exemplum in procemiis Demosthenicis: quorum vnum est totum huic sacrorum renuntiationi accommodatum. Cùm autem quater quoque prytaneatu (erat id spatium dierum XXXV. vel XXXVI. teste Harpocratione) populi concio celebraretur, fiebat, vt puto, quarta tantùm concione hæc renunciatio. ait enim Pollux τὴν τετάρτην ἐκκλησίαν fuisse de rebus sacris & ad sacra pertinentibus.

καὶ περιακλασάμενος λαμπρὸν ἱμάτιον.] Vt apud Romanos, sic etiam apud Athenienses qui rem diuinam facturi erant, veste candida erant amicti. id enim est λαμπρὸν ἱμάτιον, non *splendida vestis.*

Aeschi

Aeſchines de Demoſthene, στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει. alij ſcriptores ἱερὰν ἐσθῆτα vocant. Porphyrius Περὶ ἀποχῆς libro ſecundo, modò λαμπρὰν, modò λευκὴν: aliquando καθαρὰν, vt Latini, *pura veſtimenta.* Hanc ob cauſſam ſolebant ſcurræ Attici, ſi quis in publicum prodire candidatus conſueſſet, eum appellare ὀλολυγμὸν, quaſi tu dicas, perpetuò ſacrificãtem. Eſt enim ὀλολύζειν vox ad ſacrorum cæremonias pertinens: neque aliter à vetuſtiſsimis ſcriptoribus vſurpatur, vt alibi annotauimus: idq́ue certiſsimum eſt. Anaxandrides apud Athenæum libro ſexto,

Ὑμεῖς γὰρ ἀλλήλοις ἀεὶ χλευάζετε,
Οἶδ' ἀκριβῶς· ἂν μὲν γὰρ ᾖ τις εὐπρεπὴς,
Ἱερὸν γάμον καλεῖτ'· ἐὰν δὲ μικρὸν παντελῶς
Ἄνθρωπον, Σταλαγμόν. λαμπρός τις ἐξελήλυθεν; Ὀλολυγμὸς οὗτός ἐστιν.

Protulimus hunc veteris poëtæ locum, non tam vt auctoré noſtrum illuſtraremus, quàm vt ipſum poëtam. Nam interpretis quidem poſtremorum verborum verſio, planè eſt, (quod ſine docti viri contumelia dictum ſit) inepta: longè verò ineptior eiuſdem annotatio. Riſi ſuauiter cùm illa legerem. Enimuero pauci obſeruarunt quid propriè ſit ὀλολύζειν: nec pauci ad eum ſcopulum offenderunt.

Ἐθύομεν οἱ πρ.] Demoſthenes in eo cuius modò meminimus procemio, Ἐθύσαμεν τῷ Διῒ τῷ Σωτῆρι, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ τῇ Νίκῃ, καὶ γέγονε καλὰ καὶ σωτήρια ταῦθ' ἡμῖν τὰ ἱερά. Ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι· καὶ ἐκαλλιερεῦμεν καὶ ταῦτα.

Καὶ ὑμεῖς ἐδέχεσθε τὰ ἀγαθά.] Lege δέχεσθε. Demoſthenes in fine eius procemij, Δέχεσθε οὖν παρὰ τῶν

θεῶν

θεῶν διδόντων τἀγαθά. Quàm nihil intellexerint toto isto loco priores interpretes, piget dicere.

Ad caput περὶ ἀνελευθερίας.

Η Δὲ ἀνελευθερία ἐςὶ περιουσία τὶς ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα.] Nihil deprauatius, nihil infrunitius ista lectione: quæ cùm tam malè conueniat τῇ ἀνελευθερίᾳ, cuius definitioné aut descriptionem saltem promittit, demiror, doctissimos viros, & in philosophia apprimè versatos, mendum non suboluisse. Atqui illiberalitas neque περιουσία est simpliciter, hoc est, vt illi vertunt, *opulentia*: neque rectè δαπάνην ἔχειν dici potest: quare constat, tam in eo quod generis locum obtinet, quàm in differentia vitium esse. At non sunt accuratæ Theophrasti definitiones in hoc libello, dicet aliquis: sanè fateor τὸ ἀκριβὲς illas non habere: falsas tamen esse & ineptas, hoc verò nego tibi atque pernego. Vt igitur ineptias vitemus, sic legamus, Η ἀνελευθερία ἐςὶ περιουσία τὶς ἀφιλοτιμίας δαπάνην φεύγουσα. Nemo recti iudicij qui sit (quod impune dixisse liceat) de veritate huius lectionis dubitabit. Iam ergo non est genus περιουσία, sed ἀφιλοτιμίας περιουσία. neque differentia τὸ δαπάνην ἔχειν: sed τὸ φεύγειν δαπάνην. Contrà virtutis oppositæ ἐλευθεριότητος, proprium docent esse philosophi τὸ προετικὸν εἶναι χρημάτων εἰς τὰ ἐπαινετά. hoc est, *facilem esse ad faciendos sumptus liberales.* est enim pecuniæ vsus duplex: alius ad sumptus necessarios, alius ad sumptus liberales, vt est apud M. Tullium. Ideo dicebat Plato in octauo

De republica τοὺς φειδωλοὺς esse φαύλους ἀνταγωνιστὰς ἢ τινος νίκης, ἢ ἄλλης φιλοτιμίας τῶν καλῶν. caussam nūc accipe, χρήματά τι οὐκ ἐθέλειν εὐδοξίας ἕνεκα καὶ τῶν τοιούτων ἀγώνων ἀναλίσκειν. Non alia aut interpretatione verba Theophrasti opus habent: aut confirmatione, nostra emendatio.

οἷος νικήσαι τραγῳδούς.] Scribe νικήσας τραγῳδοῖς. Alibi hunc locum explicabimus, & de hoc more multa dicemus. Notum autem, tragœdiam Libero patri fuisse dicatam, vt Apollini comœdiam. Videat studiosus lector, si lubet, quæ De satirica Græcorum poesi scripsimus: vbi de veterum Tragicorum tetralogiis disserimus.

καὶ ἐπιδόσεων γενομένων.] Difficilibus Reip. temporibus solebant Athenienses pro virili parte quisque publicè pecunias erogare, ad subleuandam ærarij inopiam, quod ἐπιδιδόναι propriè dicebant: quasi dicat aliquis, supra ordinaria munia aliquid amplius largiri. erant enim ordinariæ & legibus constitutæ λειτουργίαι. Cùm igitur pecuniis opus erat, Prytanei populum conuocabant: angustias Reip. exponebant: ad collationem quemque hortabantur Tum surgebat vnusquisque ordine suo & loco: ac si quidem vellet aliquid conferre, id profitebatur; & dicebat, Ἐπιδίδωμι ἐγὼ τοσοῦτον. sin animus largiendi quicquam non esset, vel tacebant cùm surrexerant, vel è concione clam se eripiebant, quod vel ex isto loco clarum est. Athenæus libro IV. de Phoco Phocionis filio, homine luxu perdito, loquens, Ἐπιδόσεων δέ ποτε γινομένων, παρελθὼν καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἔφη, Ἐπιδίδωμι κἀγώ· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ὁμοθυμαδὸν ἀνεβόησαν, Εἰς ἀκολασίαν. Sentiebat Pho

bat Phocus se velle conferre aliquid: populus verniliter nimis accepit Ἐπιδίδωμι, ea notione qua vsurpatur pro crescere,& in aliqua re proficere. In orationibus Græcorum oratorum sexcentis locis fit ἐπιδόσεων istarum mentio.

ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθών.] Scribe ἀπελθεῖν.

τοῦ μὲν ἱερείου πλὴν τῶν ἱερέων.] Fortasse legendum, πλὴν τῶν τῶν ἱερέων καὶ ἱερειῶν. hoc est, *exceptis iis partibus quæ ad sacrificos & sacrificas pertinebant.* Veteres enim deos precaturi, & viros & mulieres sacerdotes adhibebant. Plato, Legum quinto, εἶτα ἱερέων καὶ ἱερειῶν εὐχαῖς ποιησομένων ἐπὶ τοῖς πρώτοις θύμασι καὶ δευτέροις. Sed placet nunc, nihil esse mutandum: vt hæc sit sententia: hominem illiberalem de ea quam aris deûm admouerit victima, tantum sibi perire sinere, quantum sit necessariò adolendum, aut aliter diis offerendum. coxam fere offerebant, aut intestina, aut aliud non magnæ rei, persæpe, vt ad Athenæum pluribus ostendimus. at cæteras carnes victimæ in proprios vsus vertebant; aut vendentes illas, si familiam non haberent; aut si haberent, huiusmodi carnibus eam alentes. Vopiscus in Tacito Imperatore: *hostias suas semper domum reuocauit, iisdémque suos vesci iussit.*

τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι.] Quàm inhumanum Athenis hoc existimaretur, non potest meliùs declarari quàm Alexidis quodam loco: quem eò libentiùs proferam, quòd videam hodie in editis Athenæi codicibus, qui illum laudauerat, integros fermè duos versus desiderari. Nos igitur locum integrum ex veteribus codicibus apponemus. Sic Alexis,

Οὐδ'

Οὐδ' ἐν Τριβαλλοῖς ταῦτά γ' ἐστιν ἔννομα,
Οὔ φασι τὸν θύοντα τοῖς κεκλημένοις
Δείξαντ' ἰδεῖν τὸ δεῖπνον εἰς τὴν αὔριον
Πωλεῖν, ἀδείπνοις ἄπερ ἔθηκ' αὐτοῖς ἰδεῖν.

τοὺς δὲ διακονήσοντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι.] Mos fuit parcorum hominum cùm nuptias celebrarent, opera & ministerio vti adiutorum atque adiutricum (sic vocat Plautus) οἰκοσίτων, hoc est, qui suo cibo ministrarent, vt idem poeta loquitur: vel, vt idem alibi, qui suo sumptu & cibo vescerentur. Crates Συναριστώσαις fabula,

---ἀστεῖον τὸ μὴ
Συνάγειν γυναῖκας μηδὲ δειπνίζειν ὄχλον,
Ἀλλ' οἰκοσίτους τοὺς γάμους πεποιηκέναι.

Scio aliter posse exponi γάμους οἰκοσίτους: sed quominus sic rectè accipiatur, nihil vetat. Plautus Casina, tangit morem illis versibus:

---Al. quin Aedepol seruos, ancillas, domos
Certum est omnes mittere ad te. ST. *Eho nimiùm scitè scitus es.*
Sed facito dum memineris versus quos cantat Colax: cibo
Cum suo quiqui facito vti veniant, quasi eãt Sutrium.

Item alibi. Menander οἰκόσιτον sponsum appellauit in Dactylo, qui parua aut nulla dote esset contentus: Οἰκόσιτον νυμφίον οὐδὲν δεόμενον προικὸς ἐξευρήκαμεν. Plutarchus in Crasso, milites οἰκοσίτους, qui sine stipendiis alicui militarent.

καὶ τριηραρχῶν.] Cuiuis puto notum est ex oratoribus Græcis, quale genus λειτουργίας esset Athenis τὸ τριηραρχεῖν: & veteres grammatici id ita diligenter explicant, vt videantur mihi (dicam liberè)

parum in hac lingua exercitati, qui hæc non intellexerunt. Vertimus autem, *triremi quam instruxit præfectus*, non autem imperans, quia omne imperium erat τοῦ στρατηγοῦ, non τοῦ τριηράρχου, vti docent Atticæ historiæ, & ante omnes Demosthenes.

τὰ τοῦ κυβερνήτου στρώματα ὑπὸ τοῦ καταστρ.] De viatoriis cubilibus non repetam quæ suprà diximus. Lego autem hîc, ὑπὲρ τοῦ καταστρ. vel ἐπὶ. Lucianus in dialogo Mercurij & Charonis, σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκταθείς. Nam super transtris dormiebant nautæ in naui, non sub transtris. Eustathius, δῆλον δ' ὡς οἱ ναυτικοὶ ἐπὶ τῶν ῥηθέντων καταστρωμάτων κοιμῶνται. Trierarcho verò suus erat locus ad nauis puppim, vbi illi tabernaculum extrui solitum. Pollux, τὰ δ' ὑπὲρ τὴν πρύμναν προέχοντα ξύλα, περιτόναια καλεῖται· ἐκεῖ που καὶ σκηνὴ ὀνομάζεται, τὸ πηγνύμενον στρατηγῷ ἢ τριηράρχῳ. Ibi ergo trierarchi in suis stragulis quiescere moris habebant: at illiberalis iste & sordidus promiscuè cum reliquis, in transtris cubat, & gubernatoris vtitur stragulis: quæ solent esse vilia, & vt plurimùm segestria, aut tegetes: proinde parum è trierarchi dignitate.

Persius,

Tu mare transilias? tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro?

Propterea Donatus, τοὺς φορμοὺς, hoc est, *tegetes* & *storeas*, siue *crones*, quibus pauperes loco stragulorum & tapetium vtuntur, stramen nauticum vocat. Alciphron epistola quadam, οὐ γὰρ ἀνεχόμενος τῶν ξύλων τῆς ἁλιάδος, ἐπί τε ταπήτων τινῶν ξενικῶν καὶ

ἐφεστρί

ἐφεστρίδων κατακλινεὶς· οὐ γὰρ οἷός τε ἔφασκεν κεῖσθαι ὡς οἱ λοιποὶ ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, τὴν σανίδα οἶμαι νομίζων λίθου τραχυτέραν. Leuitatem eorum, qui nostram hanc interpretationem odio nostri an veritatis, carpere sustinuerunt, satis superque confutauimus in nostris ad superiorem Persij locum Commentariis. Enimuero si tanta est reprehendendi libido, cur in me cur in aliis ea potissimùm arrodunt quæ certissima sunt & verissima? miseret me illorum.

ἔνδον μένειν.] Vt pote qui vestem forensem habeat vnicam : quod illiberale est planéque sordidum. Inde Ciceronis iocus in Decianum quendam lepidissimus, in oratione pro L. Flacco, *Romam aduenis: affers faciem nouam, nomen vetus, purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo quòd vnis vestimentis tandiu lautus es.*

ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους.] Iuuenalis satira sexta in Romanis mulieribus hanc notat illiberalitatem simul & ambitionem;

Vt spectet ludos conducit Ogulnia vestem,
Conducit comites, sellam, ceruical, amicas,
Nutricem, & flauam cui det mandata puellam.

Demosthenes Midiæ exprobrat quòd cùm esset præfectus equitum, alieno equo in pompæ transuectione vsus fuisset. Ἐξόδους accipe vt in illo, χαλεπὴ γυναικῶν ἔξοδος, initio Lysistratæ. Raro olim matronæ pedem domo efferebāt: nec in publicum nisi stipatæ gregibus ancillarum, prodibant. Interdum ἔξοδος γυναικῶν dicitur de profectione ad ducendam pompam. vnde est apud Platonem in fine

ſexti De legibus, muliebris cuiuſdam ſupplicij genus, μὴ μετέχειν τῶν ἐξόδων τῶν γυναικείων καὶ τιμῶν, καὶ τῶν εἰς τοὺς γάμους καὶ γενέσεις παίδων φοιτήσεων. Lege Suidam in Αἰμιλία. Inde dictę φιλέξοδοι γυναῖκες, quæ non ſunt οἰκουροὶ & caſariæ.

καὶ τὰς κλίνας ἐκκορῆσαι.] Heſychius qui τὸ κορεῖν etiam φθείρειν exponit, videtur hoc voluiſſe docere, eam vocem à κόρεις deductam, interdum accipi pro cimices occidere, vel cimicibus lectos purgare, quod *cimicare* Latinis dicitur, vt *pulicare*: Græci, φθειρίζειν. Atque hæc interpretatio locum hîc habere poteſt. Parmenio poëta ἐκκορίζειν dixit in lepidiſſimo diſticho:

Οἱ κόρεις ἄχει κόρου κορέσαντό μευ· ἀλλ' ἐκορέσθην
Ἄχει κόρου κ'αὐτὸς τοὺς κόρεις ἐκκορίσας.

καθεζόμενος περιστρέψαι τὸν τρίβωνα.] Non eſt in eo nota illiberalitatis quòd veſtem inuertit: ſed quòd tritam & macularum plenam veſtem geſtat, quam poſtea in cœtu honoratorum virorum (ita accipi debet illud καθεζόμενος) cogitur inuertere, vt maculas ab oculis eorum ſubmoueat quibus aſſidet: atque hoc ſaltem in iſto laudandum: ſicut contrà in ſuperioribus nota δυσχερείας erat, geſtantem obſoletam & κηλίδων μεστὴν veſtem, verſari in oculis hominum. Hinc ortum eſt apud Græcos prouerbium, quod nos, vt puto, primi obſeruauimus, τὰ καλὰ τρέπειν ἔξω. Pindarus Pythionicarum tertio,

--- τὰ μὲν ὦν
οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
ἀλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

Res

Res aduersas, inquit, *nesciunt moderatè ferre stulti: at sciunt sapientes, quæ pulchra sunt, foras & in publicum vertentes*: hoc est, cuiuis fortunæ se accommodantes, & decenter ea vtentes: quæ sunt aduersa, dissimulantes. *Miserias enim*, ait Q. Curtius, *optimè ferunt qui abscondunt.* Alio sensu dicere solet Seneca, *bonos non fulgere extrinsecus, sed bona eorum introrsus esse obuersa.* De diuina prouidentia, & epistola cxx. & alibi. Cæterùm Pindaricum istud prouerbium vernacula nostra lingua hodiéque agnoscit. Aliud autem περιστρέφειν ἱμάτιον, aliud ἐκστρέφειν. illud est ex parte inuertere: hoc, totam vestem quasi de integro reficere versis pannis, & nouam illi faciem dare. Aristophanes,

ἔκστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους.

Scholiastes, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ῥυπουμένων ἱματίων καὶ ἐκστρεφομένων. ἐκστρέψαι δὲ ἱμάτιον, τὸ ἀλλάξαι τὸ πρὸς τὸ ἔσω μέρος ἔξω. Lucianus dixit ἀντιστρέφειν τὸ τριβώνιον, in Alectryone, : ἀπέρχομαι, ait, κοσμίως μάλα ἐσχηματισμένος, ἀντιστρέψας τὸ τριβώνιον, ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή. quæ verba Theophrasti locum explicant. Vox τρίβων, aliàs *lacernam*, aut *pallium* significat: aliàs *tritam vsu & decotem vestem atque obsoletam.* sic tamen vt aliud propriè sonet τρίβων, aliud ῥάκος. vide Eustathium.

Ad caput περὶ ἀλαζονείας.

Ἡ Ἀλαζόνεια δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων.] Obscurat hanc definitionem verbum προσδοκία, in noua, ne dicam inusitata, significa-

tione positum: accipitur enim non tam pro expectatione, vt vulgò solet, quàm pro excitatione expectationis: quod Græci προσδοκίαν παρέχειν, vel vno verbo ἐπαγγέλλεσθαι dicunt: Homerus στεῦται, Latini *promittere*, vt in illo Iuuenalis,

----duræ per brachia setæ

Promittunt atrocem animum. vel *spondere.* vt cùm ait idem de ostentatore,

Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo.

denique idem fere est προσδοκία isto loco ac προσποίησις. Plato in Ὅροις, Ἀλαζονεία ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων. Aristoteles adiicit hæc verba in Nicomacheis, δόξης χάριν. quæ particula necessariò addenda ad Platonis & Theophrasti definitiones: vt distinguamus ostentatorem qui mendacium suum refert ad inanem gloriam, ab eo qui lucrum aucupans, se suáque prædicat. nam id quoque hominum genus frequens est, vt ad caput primum notare meminimus. Notant grammatici Græci, proprium esse Atticis, vt non gloriosum tantùm, sed quemuis mendacem ἀλαζόνα appellent.

ἐν τῷ διαζεύγματι ἑστηκώς.] Quid appellat διάζευγμα? non est dubium, publicum aliquem Athenarum locum intelligi, vbi conuentus fieri solebant. Quare arbitror locum esse corruptũ, & lego δείγματι. Digma appellabatur locus in Piræeo è re nomen habens. Ibi enim peregrini mercatores suarum mercium δεῖγμα & specimen producebant, ἐν στυλίῳ, credo, περιφέροντες, vt alicubi Plutarchus ait. Itaque peregrinis hominibus fere erat ille locus refertus. Auctor scholiorum Aristophanis, Δεῖγμα τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ ἔνθα πολλοὶ συνήγοντο ξέ-

νοι κ

νοι καὶ πολῖται καὶ ἐλογοποίουν. quæ postrema verba ita hanc emendationem confirmant, vt nihil suprà. propterea enim ait Theophrastus διηγεῖσθαι ξένοις In antiquis libris lineola superducta nomina locorum propria solebant notari & distingui: qui mos postea neglectus multas sæpe tenebras attulit. Exemplo sit, (& sunt infinita exempla) locus ille Platonis in Menexeno, vbi interpretes quòd legissent, ἐν τῇ σφαγίᾳ perperam pro Σφαγίᾳ, turpiter lapsi sunt. quamquam Ficinus meliùs pudori suo consuluit omissis his verbis quæ non intelligebat: noui verò interpretes audacter iuxta & imperitè *in hac clade* verterunt. Intelligit Plato illos CCXCII. Lacedæmonios, quorum CXX. Spartani erant, qui, expugnata tandem Sphacteria insula, in potestatem Atheniensium venerunt, vt narrat Thucydides libro quarto. Sphacteriam autem insulam etiam Sphagiam dici solitam certum est: vel adi Stephanum Περὶ πόλεων.

ὡς πολλὰ χρήματα αὐτοῖς εἴη ἐν τῇ θαλάττῃ] Scribe αὐτῷ. Pertinet hoc ad nauticum fœnus quod à multis exercebatur Athenis. Nemo autẽ ignorat quàm improbum & graue fuerit id fœnus, etiam legum concessu, vel Romanarum. vide Iurisconsultos. In orationibus Græcorum, maximè Demosthenis, plurima huius vsuræ mentio: propter quam quòd tantopere Demosthenem reprehendit Plutarchus, vereor vt ei sit satis æquus: damnat enim rem moribus legibúsq; receptam & probatam. Sed apparet ex variis Plutarchi locis, ipsum validissimè fœnus nauticum abhorruisse: quod in Catone Censorio appellat, τὸν μάλιστα διαβεβλημένον τῶν δανεισμῶν.

περὶ τῆς ἐργασίας τῆς δανειστικῆς.) Hoc quoque refero non ad fœnus ἔγγειον, ſed ad nauticum: quam vocat Demoſthenes τὴν κατὰ θάλατταν ἐργασίαν.

ὡς μετὰ Εὐάνδρου ἐστρατεύσατο.) Docti viri iam ante nos emendarunt μετ' Ἀλεξάνδρου· quæ emendatio vera eſt & certa.

τρίτον δὴ λέγοντα.) Adnotata eſt in quibuſdam codicibus altera lectio τεταρτοῖον, pro τρίτον. quæ ferri poteſt, ſi referas ad tempus ſcriptæ epiſtolæ: alioquin ſenſus erit abſurdus ob locorum interualla. Antipater hic ille eſt quem mors Demoſthenis nobilitauit. Hunc ait Diodorus libro XIX. δοκεῖν γεγονέναι φρονιμώτατον τῶν ἐν δυναστείᾳ γεγονότων.

διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς.) Quarundam mercium exportatio Athenienſium legibus prohibebatur, quæ propterea ἀπόρρητα vocabant. In primis autem τῶν ἀπορρήτων fuêre quæcunque ad nauium fabricationem pertinebant: hoc eſt πᾶσα ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη, vt ſunt abies, pinus, picea, cupreſſus, platanus, quæ aliâs ναυπηγήσιμα ξύλα, aliàs ξύλα abſolutè vocantur. non fuiſſe autem copiam magnam huius materiæ in agro Athenienſium, docet etiam Demoſthenes, aut quicunque alius eſt auctor orationis De fœdere cum Alexandro. Erant τῶν ἀπορρήτων, & τὰ ἀσκώματα, hoc eſt, folliculi nautici, & λίνα, κηρὸς, καὶ πίττα, inquit Ariſtophanis ſcholiaſtes. Alia ratione dicebantur ἀπόρρητα quæ Athenas importare non permittebantur: vt θρυαλλίδες, ex quibus fiebant ellychnia: has enim, ſicut conſtat ex Ariſtophanis Acharnenſibus, fuit cùm non liceret Bœotis afferre venales in vrbem: credo ob metum incendiariorum. thryallidum namque

ſtuppæ vſus fuit ad ἀστόχους & malleolos incendiariorum.

καὶ ἐν τῇ ἀποδίᾳ.] Planè non erat ferendum doctis viris iſtud verbum dicam, an verbi monſtrum? Legendum aio, σιτοδεία. Imperiti homines & piſtrino digni, ex σιτο fecerunt ἀπο. Hæc prima mendi indoles: inde fluxit vox nequam & nihili, ἀποδία. At σιτοδεία idem ac ἀπανοσιτία, niſi quòd illud eſt ἐμφατικώτερον. Doctorum virorum emendatio ἐν ταῖς σπονδαῖς, vt Muſis iratis genióque ſiniſtro nata, refutatione non eget. Non erat autem inſolens Athenienſibus malũ, frumenti inopia, vt hiſtoria docet & oratores ſæpe. Quomodo autem ſoliti eſſent ditiores in caritate annonæ pauperes ſubleuare, diſces ex Demoſthene contra Phormionem.

καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίοις κατὰ μίαν.] Hoc eſt ſexcẽtos homines ſolet ſigillatim nominare, quorũ ſingulis aliquid erogarit: atque hac ratione efficere vt cùm æra omnia in vnum colligentur, ex ea ſupputatione ſumma naſcatur decẽ talentorum. Imitatur iſte ἀλαζὼν eos qui rationum libros conficiunt, in quibus videas ſingula ęra ſeorſim annotari. Aera appello, quos vulgo articulos dicimus, Gallicè *les items*: quia ſolẽt in noſtris rationũ libris ſinguli articuli à voce *Itẽ* incipere. Gręci ἀπολογισμοὺς nominãt, vt Plutarchus in Politicis præceptis. At Romani *æra* appellabant. Cicero Hortẽſio: *Quid tu, inquam, ſoles cùm rationem à diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam quæ ex his confecta ſit, non probare?* Apuleius De deo Socratis. *Igitur quotidiana eorum æra diſpungas: inuenies rationibus multa prodigè profuſa, & in ſemet nihil.* Nonius, *Æra, numeri nota. Luci-*

lius, *libro* XXIX. *Hæc est ratio peruersa æra summa, & subducta improbè.* Locus est corruptissimus, quem ita restituendum puto. *Hæc est ratio: peruersa æra: summa subducta est improbè.* Cicero in epistola ad Dolabellam libro nono ad familiares, *versiculos* æra hæc appellare videtur. *Profert alter (vt opinor) duobus versiculis expensum Niciæ.* Sed ad Theophrastum redeamus; qui quidem gloriosorum hominum ingenium & mores mira elegantia exprimit. Non enim illis satis est summatim se laudare, & sua præclara facinora prædicare: nisi etiam longa eorundem enumeratione obuios quosque obtundant. Talia illa in Milite Plautina,

Py. *Ecquid meministi?* Ar. *Memini: centum in*
Cilicia,
Et quinquaginta centum Sycolatronidæ,
Triginta Sardi, sexaginta Macedones,
Sunt homines tu quos occidisti vno die.
Py. *Quanta isthæc hominum summa est?* Ar. *Septem millia.*
Py. *Tantum esse oportet: rectè rationem tenes.*

Prorsus hic Plauti locus (etsi versantur hi duo gloriosi in diuersa materia: Plautinus enim virtutem bellicam: hic noster diuitias ostentat) prorsus inquam explicat quid sit hoc loco ποσοῦν τὰς ψήφοις καὶ δ' ἑξακοσίοις, καὶ τὰ μίαν quæ verba quàm fuerint doctis viris hactenus obscura, quid attinet dicere? Res clamat ipsa. Vide Martialis epigramma ad Afrum libro IV.

καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα.] Bene hoc: seruat enim solemne eorum qui mentiuntur. vide ad caput περὶ λογοποιίας. Auctor Rhetoricorum

rum ad Herennium in descriptione illa ingeniosissima ostentatoris pecuniosi, non planè dissimilem gloriosorum istiusmodi morem notat: quem placet hîc proferre, vt collatione Græci scriptoris qui id ipsum suauissimè notat, locum illustrem. Ait ergo Latinus auctor, *Cùm puerum respicit hunc vnum quem ego noui (vos non arbitror nouisse) alio nomine appellat, deinde alio atque alio.* Mox, *vt ignoti qui audiunt, vnum putent eligi de multis.* Alexis verò sic in descriptione πτωχαλαζόνος, siue gloriosi pauperis,

--- οἶδα δὲ κἀγὼ τινὰ πολίτην ἡμέτερον
πτωχαλαζόνα, ὃς δραχμὴν ἔχων τὰ πάντ'
ἀργυρώματ', ἐβόα καλῶν τὸν οἰκέτην
ἕνα ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασι δὲ χρώμενον
ψαμμακοσίοις· παῖ Στρομβιχίδη μὴ τῶν χειμερινῶν
ἡμῖν παραθῇς, ἀλλὰ τῶν θερινῶν.

sic emendamus elegantissimum hunc locum apud Athenæum.

καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα.] Delendum τὸ καί: & mox καὶ τοῦτο φῆσαι, non φήσας. Sic locus erit planus & perspicuus.

καὶ τὰς τετραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησι.] Κυριολογία in voce τίθησι. Nam vulgo τιθέναι pro λογίζεσθαι, referre in rationes, vel, in ratione ducere, vsurpabant, Sic apud Demosthenem in prima Olynthiaca, & in illa celebri Cratetis ephemeride, Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', ἰατρῷ δραχμήν. Etiam apud Latinos *ponere* sic accipitur, vt apud Terentium non semel. Propriè conuenit iis qui calculis rationes putant: vnde est, *ponere calculos*, non semel apud Plinium in epistolis. & τιθέναι ψῆφον, Græci. Basilius, εἰ μέν τι δοκεῖς ἔχειν καλὸν, τοῦτο ἐν ψήφῳ τιθείς.

ἀδὲ

οὐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε.] Ostendit his verbis se vnum fuisse ex illis ∞ I Ɔ C C. viris, qui vt omnium ditissimi Reipublicæ, pleraque omnia munia ad quæ sumptibus opus esset, obibant. vide Harpocrationem in χίλιοι διακόσιοι, & Demosthenem, eiusque scholiasten. Caue verò ita hæc accipias quasi instructio triremis, cuius impensæ modò meminit, non esset λειτουργίας genus, erat enim, & quidem omnium maximum. Ac fortasse legendũ, οὐδὲ τὰς ἄλλας λειτουργίας. veruntamen similiter locutos sæpe maximos scriptores pridem doctissimi Iurisconsulti annotarunt.

καὶ προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους ἀγαθοὺς πωλοῦσι.] Sensus perspicuus: verba variè possunt reformari: vel enim ita, καὶ προ. δ' εἰς τ. ἵππους. οὗ τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦσι. aut etiam οὗ τοὺς ἵππους τοὺς ἀγ. geminata eadem vox, omissa est vt alibi. vel ita, καὶ προ. ὡς τοὺς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγ. πωλοῦντας. primum malo. Nam εἰς ἵππους προσελθεῖν, est, ad forum ire vbi equi væneũt: sic alibi, προσελθεῖν πρὸς τὰ κάρυα, de quo Atticismo diximus suprà. & eapropter χύτρας Hesychius exponit χυτροπώλια.

προσποιήσασθαι ὠνητιᾷν.] Iuuenalis de causidico populo sese venditante,

Pérque forum iuuenes longo premit assere Medos
Empturus pueros, argentum, myrrhina, villas.

empturus, hoc est, προσποιούμενος ὠνητιᾷν. Sed πωχαλάζοντα empturientem venustissimo epigrammate descripsit Martialis libri noni sexagesimo, quod ita incipit:

In Septis Mamurra diu multúmque vagatus

Hîc

Hîc vbi Roma ſuas aurea vexat opes.
Inſpexit molles pueros oculiſque comedit:
Non hos quos primæ proſtituêre caſæ.

deinde poſt multa ita deſinit:

Vndecima laſſus cùm iam diſcederet hora,
Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.

κ̧ ἐπὶ τὰς κλίνας ἐλθών.] Lego ἐπὶ τὰς σκηνάς. In mercatibus & panegyribus ſolebant mercatores ſub tentoriis ſuas merces venum expoſitas habere, vt docet ſcholiaſtes Theocriti: & Harpocration, ἐν σκηναῖς, ait, ἐπιπράσκετο πολλὰ τῶν ὠνίων. eum vide in γέῤῥα. meminit & Plato in x. de legibus. Has vt puto Latini *vmbras* vocabant, vt ex fragmentis Feſti licet intelligere: inde eſt apud Horatium vmbra pro officina.

---vacua tonſoris in vmbra.

Locus autem Athenis vbi veſtes vendebantur, ἱματιοπῶλις. & σπειροπῶλις ἀγορὰ nuncupabatur.

ὐκ ἔχων χρυσὸν νυῦ τῷ ἀκολουθεῖν.] Scribe ὐκ ἔχοντι χρυσὸν ἐν τῷ ἀκολουθεῖν. Mos autem hic veterum fuit, vt ex Laërtio, Plutarcho, Apuleio, aliíſque apparet.

ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν.] Sic libri Palatini. & nos ita quoque olim emendabamus vulgatam lectionem ἐν μισθωτὴν οἰκίαν οἰκῶν. Dio Cocceius, ἐν ἀλλοτρίων οἰκεῖν. deinde ſcribe, κ̧ ὅτι μέλλει : non διότι μέλλει.

διότι μέλλει πωλεῖν αὐτήν.] Ipſiſſimum hoc ἀλαζονείας genus notatum apud Athenæum lib. XIII, Θαΐς, inquit, ἐραστοῦ τινὸς αὐτῆς ἀλαζόνος, παρὰ πολλῶν ποτήρια χρησαμένου, κ̧ λέγοντος θέλειν ταῦτα συγκόψαι, ἄλλα δὲ κατασκευάσαι, ἀπολεῖς ἔφη ἑκάστου τὸ ἴδιον. Quidam, ait, qui

qui Thaidem amabat, cùm à multis pocula commodato accepiſſet, diceréſque velle ſe ea conflare, Perdes, inquit illa, *vniuſcuiuſque quod ſuum eſt.* venuſtè & argutè.

Atque hîc ſcribendi finem faciemus: & ſimul cum vertente anno, animi noſtri mentẽ aliò conuertemus. Commodùm enim cùm hæc ſcriberem dies agebatur anni huius XCI. nouiſſimus, quæ me res admonebat, vt duplicis voti reus DEO OPT. MAX. grates agerem gratiſſimas: & quòd annum hunc viuenti, valentíque dederit exigere: & quòd hunc commentariolum in hacce rutuba abſoluere. qua opera ſi doctorum virorum ſtudia promerui, iuniorum etiàm promoui, bene habet: feci quod volui: ſin autem, ὃ μὴ γένοιτο ἀλλ᾽ ἔστω, feci quod potui.

AD POSTREMA QVINQVE CAPITA

Ἠθικῶν χαρακτήρων *Theophrasti*,

NOTÆ.

QVINQVE hæc postrema capita nacti ſumus è Sereniſſimi Principis Palatini bibliotheca, quæ Heidelbergæ viſitur. Deſcripſit illa accuratè manu ſua, nobiſque donauit, Marquardus Freherus, Iuriſconſultus, altæ erudititionis vir, Germaniæ ſuæ ocellus. Verè Theophraſtea eſſe, nemo dubitauerit ſanus, qui diligentiùs illa cum ſuperioribus contenderit. Et res & verba eum ſcriptorem maniſeſtiſſimè, ſi attendimus, χαρακτηρίζουσιν. In pleriſque omnibus ſcriptis libris ea deſiderari, nullus miror. Iam olim, vt nunc quoque, philoſophantium ingens crimen eſt, quòd ſcriptorum ſummi huius viri parum diligentes fuerint. Itaque ergo ex illa propè infinita copia librorum, quos infinito labore ſubtiliſſimus philoſophus conſcripſerat, oppidò pauci ad nos peruenerunt. Et hos tamen ipſos quotuſquiſque legit illorum ſophorum, ad quos ſolos hodie rudem eſſe philoſophiæ vulgus cenſet imperitum? Illud ſæpe ſum miratus; Iohannem Stobæum qui ante tot ſæcula vixit, quæ nunc primùm publicamus, in ſuis codicibus non habuiſſe: inſeruiſſet

inseruisset enim ea operi suo, absque dubio, si ad manum fuissent, non minùs quàm illa x v. capita, quæ in primis editionibus sola exstabant: Et item illa octo quæ ex Italicis bibliothecis primus in lucem protulit optimè vt si quis alius de literis meritus ὁ μακαρίτης Henricus Stephanus noster. Multum igitur debemus bibliothecæ Palatinæ Illustrissimi Principis, in qua sola, quod sciã, hoc pulcherrimũ fragmentum hodie reperias. Sed dolendum est, tam turpiter deformatum id ad nos peruenisse: nullum enim est caput ex his quinque non adeò mendis inquinatũ, vt auctoris mẽtem assequi perquam difficile fuerit, & propè τῶν ἀδυνάτων ἕν. Viri docti & acuti, ingenij vires, spero, hîc periclitabuntur. Nos, sublatis mendis quæ tutò corrigi poterant, in cæterorum versione quid secuti simus, raptim & breuiter indicabimus. Οὐχ ἕδρας γὰρ ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, vt ait vetus poëta.

Ad caput περὶ ὑπερηφανίας.

Ἔστι δὲ ὑπερηφανία,] Vitium cuius hîc est character, magnam habet adfinitatem cum duobus aliis antè descriptis, αὐθαδείᾳ & ἀλαζονείᾳ. Superbus homo de se longè quàm par sit, magnificentiùs sentit: ostentator quoque siue ὁ ἀλαζὼν, ea de se prædicat, quæ in ipso non sint. Hoc differunt; quòd sine contumelia aliorum sua extollit ostentator, & seipsum φρεναπατᾷ, vt cum D. Paulo dicam: superbus contumeliosus est, omneisque præ vno se despicit. Verè enim Seruius, *Ex fastidio*, ait, *venit omnis superbia*.

ſuperbia.Inde huic vitio nomen apud Græcos ὑπερηφανία, quòd eminere ſe, & cæteris mortalibus ſuperiorem eſſe perſuaſum habeat ὁ ὑπερήφανος. Latinis quoque ſimili de cauſſa, nominata eſt *ſuperbia*. Omnino ſuperbiæ duo inſunt mala: vana de ſua præſtantia opinio, & deſpectus aliorum. Prius illud propriè αὐθάδεια eſt: poſterius, ὑπερηφανία, ſiue ὑπεροψία. Suffenus ſibi eſt, ὁ αὐθάδης: contumelioſus in alios ὁ ὑπερήφανος. Ac vix eſt, vt in quo duorum iſtorum alterum inſit, non & vtrumque inſit. Quare etiam apud ſcriptores hæc paſſim videas omnia coniungi, atque eidem tribui. Ingens profectò vitium ſuperbia, DEO hominibúſque exoſum. De quo non dubitat B. Chryſoſtomus pronuntiare, Superbiæ par vitium aliud nullum eſſe. οὐδὲν, ait, ὑπερηφανίας ἴσον κακὸν, initio epiſtolæ ad Theſſalonicenſes. Seruius eleganter: *Apud maiores*, inquit, *ſuperbia ingens facinus fuit: adeo vt Tarquinius pro multis ſceleribus Superbi nomen acceperit.* Latinus Pacatus Panegyrico ad Theodoſium Auguſtum: *Denique ipſum illum Tarquinium execratione poſtrema hoc damnauerunt maledicto, & hominem libidine præcipitem, auaritia cæcum, immanem crudelitate, furorē væcordem, vocauerunt Superbum, & putauerunt ſufficere conuitium.* Propterea ſanctiſſimus pater Ioannes Chryſoſtomus ſuperbiam ſiue arrogantiam tanquam extremum omnium vitiorum ἀπόνοιαν ſolitus appellare. Propriè quid ſit ἀπόνοια Græcis, ſatis declaratum nobis in ſuperioribus: ſed apud aureum illud diuinæ eloquentiæ flumen, eo quem dixi ſenſu, ſexcentis locis obſeruauimus. Proferemus vnum aut alterum exemplum fidei noſtræ cauſſâ. In epi-

stolam ad Romanos probat solidis rationibus, ni-
hil esse quod hominem ita stultum reddat & væ-
cordem, vti facit ἀπόνοια, siue arrogantia. Ait homi-
lia XXI. Οἱ ἐπὶ σοφίᾳ μέγα φρονοῦντες εἰς ἀπόνοιαν ἐμπίπτουσι
τὴν ἐσχάτην· οὐδὲν γὰρ οὕτως μωρὸν ὡς ἀπόνοια ποιεῖ. deinde vbi
multis allatis exemplis huius sententiæ veritatem
demōstrauit, de hoc vitio & voce ἀπόνοια, hæc subii-
cit: ἡ γὰρ ἀπόνοια τῆς συμμετρίας ἐκπίπτουσα, καὶ ἀπὸ τοῦ νοῦ γινο-
μένη· διὸ καὶ ἀπόνοια λέγεται, καὶ μωροὺς καὶ ἀλαζόνας ἐργάζεται.
mox, ἄρα ἡ ὑπερηφανία μωρία ἐσχάτη. Alibi idem ἀπόνοιαν
& ὑπερηφανίαν ita distinguit, vt ex hac illam oriri di-
cat: quæ postea generet in animis τὴν ἀπονενοημένων,
Dei pariter atque hominum cōtemptum, vnà cum
omnibus vitiis. Homilia prima II. ad Thessaloni-
cēses, Ὅρα πῶς ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία· πῶς δὲ ἀρχὴ ὑπερη-
φανίας, τὸ μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον. ὁ γὰρ εἰδὼς τὸν Θεὸν, ὡς εἰδέναι χρὴ,
ὁ εἰδὼς ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοσοῦτον ἐταπεινοφρόνησεν, οὐκ ἐπαί-
ρεται. ὁ δὲ ταῦτα μὴ εἰδὼς, ἐπαίρεται. πρὸς ἀπόνοιαν γὰρ ἀλείφει
ἡ ὑπερηφανία. Facit radicem omnium peccatorum,
Deum non nosse, & Dominum Iesum Christum
ignorare. hinc manare superbiam; quam appellat
principium totius vitiositatis: ab hac manare ἀ-
πόνοιαν: de qua paullo antè dixerat: ἐξ ἀπονοίας ὑπερο-
ψία πενήτων γίνεται, ἐπιθυμία χρημάτων, ἔρως ἀρχῆς, πόθος
δόξης πολλῆς. Idem præfatione in priorem ad Corin-
thios: ἐξ ἀπονοίας πάντα τίκτεται τὰ κακὰ, καὶ τοῦ νομίζειν
εἰδέναι τι πλέον. in priorem ad Timotheum homilia
XVII. οὐκ ἄρα ἐκ τοῦ εἰδέναι τὸ εἰς ἀπόνοιαν αἴρεσθαι συμ-
βαίνει, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι. Aliquando idem Pater ἀπό-
νοιαν & ὑπερηφανίαν indifferenter vsurpat: vt in ho-
milia, Quomodo fratrum peccata sint reprehen-
denda: Απόνοια γάρ ἐστιν ἀπόνοια, ἡ πηγὴ πάντων τῶν κακῶν, καὶ

ἵνα

ἵνα συντόμως μάθῃς τοῦ νοσήματος τὴν κακίαν, ἐκεῖνο ἄκουσον: τὰ μὲν ἄλλα ἁμαρτήματα περὶ τὴν ἡμετέραν στρέφεται φύσιν· ἡ δὲ ὑπερηφανία δύναμιν ἀσώματον κατέσπασε, καὶ κατέβαλεν ἄνωθεν. τὸν γὰρ διάβολον οὐκ ὄντα πρότερον διάβολον ἐποίησε. Omitto ſimilia huic loca eiuſdē viri facūdiſſimi, vbi ἀπόνοια illud ſignificat quod diximus. Eſt & ἀπονοεῖσθαι familiare eidem verbum pro ſuperbia efferri aduerſus aliquem. Vnicum afferemus locum. Actorum xx. 19. explicans illa Pauli Apoſtoli verba, *ſeruiens Deo cum omni humilitate*, ita ſcribit: ἵνα μὴ δόξῃ ἀπονοεῖσθαι, προκαταβάλλει θεμέλιον, τὴν ἀπόφασιν ἀναιρῶν. εἰ γὰρ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης γέγονα, φησὶν, οὐκ ἐξ ἀπονοίας λέγω ἃ λέγω. εἶτα τὸ ἡμερον. πανταχοῦ κοινωνία πολλή. μεθ' ἡμῶν, φησὶν, ἐγενόμην δουλεύων τῷ Κυρίῳ. κοινὰ ποιεῖται τὰ κατορθώματα. οὐδὲν αὐτοῦ ἐξαίρετον. τί γὰρ, φησὶν, κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀπονοηθῆναι εἶχεν; πολλοὶ εἰσὶν οἱ ἀπονοοῦνται καθ' αὐτοῦ· οὗτος δὲ οὐδὲ κατὰ τῶν μαθητῶν τῶν ἑαυτοῦ ἀπενοήθη. Et ἀπονοεῖν, pro reddere arrogantem apud vnum Chryſoſtomum verbum mihi obſeruatum. vt in Matthæum homilia LXV. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ λέγει, ἵνα μὴ πάλιν αὐτοὺς ἀπονοήσῃ. id eſt, *hoc verò ille non dicit, ne ipſos è contrario reddat arrogantes*. perperam enim illa verba interpres accepit. homilia LXVI. ita ſcribitur: γενώμεθα τοίνυν ταπεινοὶ, ἵνα γενώμεθα ὑψηλοί. καὶ γὰρ μεθ' ὑπερβολῆς πολλῆς ταπεινοῖ ἡ ἀπονοεῖ. hîc quoque errant interpretes, ſed legendum: ταπεινοῖ ἡ ἀπόνοια. id eſt: *Simus humiles vt euadamus celſi: nam arrogantia quidem etiam atque etiam vehementer reddit humiles*. Sunt & alij ſcriptores Græci, etſi non ſanè multi, qui vocem ἀπόνοια, eo ſenſu vſurpent, quo Chryſoſtomum oſtendimus, vt Lucianus alicubi, Procopius & alij: imprimis autem Iſidorus Peluſiota, magnus Chry-

sostomi admirator, apud quem eruditissimi interpretes hoc non videntur obseruasse. vide epist. sextam libri IV. Palladius, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, οἱ τῷ τῆς οἰήσεως καὶ ἀπονοίας δαίμονι προσαγέντες.

Οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάσκειν ἐν τῷ περιπατεῖν.] Hæc vt reperta sunt in MSS. codd. ab eruditissimo Frehero, sic & à nobis edita. Vitium paret suopte indicio. Putamus atque adeo credimus, veram lectionem coniectura nos esse assecutos. Legimus autem, οἷος τῷ σπεύδοντι ἐντυγχάνειν αὐτῷ, ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάσκειν ἐν τῷ περιπατεῖν. Sententiam exprimit clarè interpretatio: neque potest aliud quicquam fingi huic loco aptius. Oscitans librarius vocem prætermisit, quam putabat esse otiosam, propter sequens verbum ἐντεύξεσθαι.

μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν τοῖς εὖ.] Si cui mendi fuerit hic locus suspectus, ei per me licet in excogitanda meliore lectione esse ingenioso.

θελήσας.] Scrib. θελῆσαι. vt pendeat oratio ab οἷος. vel certè θελήσαι. Simile est inter αὐθαδείας notas, quam diximus esse superbiæ germanam, καὶ ἂν ὑπομεῖναι, οὐκ ἂν προσμεῖναι πολὺν χρόνον οὐδένα.

καὶ μεμισθωμένοις.] Copulam pro disiunctiua posuit, vt passim optimi auctores: vel scribendum ἢ μ.

μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι.] Adfine est quod suprà tribuebatur τῷ αὐθάδει, his verbis: καὶ προσαγορευόμενος μὴ ἀντιπροσειπεῖν.

τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς ψήφους διωθεῖν.] More suo Theophrastus ipsum loquendi genus retinuit quo vti soliti homines superbi. ψήφους διωθεῖν propriè est, sortes, quarum in iudiciis erat Athenis vsus, traiicere

cere per κήθιον, id erat vrnæ operculum πλεκτὸν, κα-νισκῶδες, pluribus descriptum nobis in animaduersionibus Athenaicis. Hesychius, Κήθιον, ᾧ τὰς ψήφους διωθοῦσιν ἐν τοῖς κληρωτηρίοις. ita scribendum ibi, non vt editum est, κλητωρίοις. Hîc verò ψήφους διωθεῖν positum pro calculis summatim rationes putare. Elegans translatio, & superbi hominis moribus conuenientissima. Adeo enim indignum se iudicat, sedere ad calculos, vt ne famulum quidem suum eos tractare velit, nisi negligenter & raptim.

καὶ τὸ κεφάλαιον ποιήσαντι.] Puerum suum iubet imperiosus iste Manlius, in rationes referre summam quæ nascetur ex ipsius computo: alterius quicum rationes putat nullam habet rationem: si quid fortè ille, vt ferè fit, quod opponat, habet. Sic ista verba debent accipi.

Ad caput περὶ δειλίας.

Ἀμέλει δὲ ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὕπειξις τῆς ψυχῆς ἔμφοβος] Planior est quæ habetur apud Andronicum definitio, Δειλία ἐστὶν ἀποχώρησις ἀπὸ φαινομένου καθήκοντος διὰ φαντασίαν δεινοῦ. Similes huic apud alios reperias. At in Platonis Ὅροις locus, qui definitionem δειλίας continet, & corruptus est, & malè à doctis acceptus: Eum nos in transcursu emendabimus, & exponemus. Ὄκνος, φυγὴ πόνων ἀρχῆς. Δειλία, ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Docti corrigunt, Ὄκνος, φυγὴ πόνων. Ἀρχὴ, πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Δειλία ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς, quæ emendatio, si est à libris, tollo manum, & acquiesco. Sed quia omnes quos vidi codd. aliter legunt, minore mutatione,

ita potiùs ſcribo, Ὄκνος, φυγὴ πόνων ἀρχῆς. Δειλία, ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς (fortaſſe deeſt vox ἕξις, vel ſcribendũ ὁρμὴ) πρώτη τοῦ δεδιέναι αἰτία. Id eſt, *Cunctatio, eſt fuga ab inchoando labore. Timiditas, eſt quæ impetum* faciendi aliquid *reprimit, prima cur metuamus cauſſa.* Addita eſt definitioni ὄκνου, vox ἀρχῆς, non temerè, neque ſine cauſſa. Eſt enim reuera cũctatio, non tam laboris metus, quàm inchoandi laboris fuga. Ideo aliis definitur φόβος μελλούσης ἐνεργείας. Vox ἀντιληπτικὴ ita accipienda in definitione δειλίας, vt alibi apud Platonem, ἀντιλαμβάνεσθαι pro reprimere & cohibere. In Theophraſtea deſcriptione ὕπειξις eſt contrarium τῆς ὑπομονῆς: quæ vox in definitione fortitudinis, pleriſque philoſophorum poſita loco generis.

τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι.) Herodotus Vrania quoſdam commemorat in fugam conuerſos, quòd putarent promontoria eſſe hoſtiles naues. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἔσαν Ζωστῆρος πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου ταύτης, ἔδοξάν τε νῆας εἶναι, καὶ ἔφευγον ἐπὶ πολλόν.

καὶ κλυδωνίου γενομένου.) Semper enim vectores aduerſa tempeſtate timidi ac perterriti, cauſſam procellæ ſoliti aſcribere impietati alicuius eorum qui in naui. Exemplum nobile in Iona, & item alterum in Diagora, ac ſimilibus. Propterea qui erant numinis reuerentiores, haut temerè cum notæ impietatis hominibus nauigabant. Horatius,

----vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemq; mecum
Soluat faſelum. ſæpe Dieſpiter

Neglectus,

Neglectus, incesto addidit integrum.

Tangit & Xenophon libro octauo Παιδείας.

τοῦ κυβερνήτου ἀνακόπτοντος αἰσθάνεσθαι.] Legendum, πυνθάνεσθαι. Et ἀνακόπτοντος interpretor, ἀνακόπτειν κελεύοντος. Nauem ἀνακόπτειν puto dici gubernatorem, cùm præuiso scopulo, aut alio periculo, cursum nauigationis mutat. Inde oritur metus in animo timidi, & ex metu hæc quæstio, Εἰ μεσοπορεῖ; quasi dicat, Num periculum est aliquod ne vel scopulis illidatur nauis, vel in breuia aut syrtes deferatur? Adfine est apud D. Paulum, ἐγκόπτειν τὸν τρέχοντα. & apud Plutarchum in Alcibiade, ἀνακρούειν τὸ ζεῦγος ὀπίσω.

καὶ τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ θεοῦ.] Veteres nihil fecisse aut aggressos esse inauspicatò, certum est: fuêre autem modi fermè innumeri explorandæ Deûm voluntatis, vt notum omnibus. Eò referenda sunt hæc verba.

καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον.] Vestem exuit etiam interiorem, vt ad natandum sit paratior, si frangatur nauis. χιτωνίσκος modò interiorem tunicam & ἐχέσαρκον significat, modò paruum χιτῶνα, vt sagum: interdum operis subtilitas, & τὸ εὐήτριον, καὶ εὐϋφὲς ea voce declaratur. Sed hæc alibi nobis explicantur.

καὶ στάντας πρῶτον περιϊδεῖν.] Cùm stetit vtraque acies, parans se ad pugnam, tum ille respectat de superiore loco, & hostem vbi sit quærit, simulans eum se inuenire non posse. Cæterùm characterem γραφικώτατον hominis ad conspectum hostilium copiarum pauentis, habes apud eloquentissimum Synesium, epistola CIV. cuius initium, Τοὺς αὐτοὺς

αὐ ἴδοις, &c. Lege sodes, & confer cum istis.

κελεύειν προσκοπεῖσθαι.] Malo κελεύων.

προσφερόμενον τῶν φίλων.] Scribendum, vel προσφερόμενον ὑπὸ τῶν φ. vel προσφερομένων τ. φ. Est autem προσφέρεσθαι, ad tentorium deferre. Si esset προφερόμενον, significaret ea vox, *quem ex acie amici efferebant*. πρὸ sæpe idem valet in compositione, atque ἐκ.

καὶ θεωρεῖν κελεύειν.] Legendum θαῤῥεῖν.

ὡς κινδυνεύσας ὡς σεσ.] Lego ἵνα σέσωκε τ. φ.

καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν κατακ.] Ita verte, *Atque* eos (intelligit quoscunque obuios de pugna redeuntes) *ad iacentem introducit, inquisiturus quinam sint illius tribules, quis populus*, aut *pagus*. Notum quid δῆμος Atheniensibus. Puto iam nihil deesse, neque corruptum esse: etsi fuit cùm aliter censerem.

Ad caput περὶ ὀλιγαρχίας.

Δόξειεν αὖ εἶναι ἡ ὀλιγαρχία.] Quemadmodum Romæ duæ erant in Rep. sectæ, altera optimatium, altera eorum qui populareis dici haberíque volebant: sic etiam Athenis. Cornelius Nepos in Phocione, cuius temporibus viuebat Theophrastus, *Erant*, inquit, *eo tempore Athenis duæ factiones: quarum vna populi caussam agebat, altera optimatium. Populareis* scriptores Attici vocant τοὺς δημοτικούς: *optimateis*, τοὺς ὀλιγαρχικούς. Horum mentio passim in historia Attica, & apud oratores Græcos. Isocrates in ea de pace, ἐὰν παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν νομίζοντες εἶναι τοὺς συκοφάντας· ὀλιγαρχικοὺς δὲ τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν. Intelligit igitur Theophrastus

appel

appellatione ὀλιγαρχίας, mores hominis, qui optimatium ſectam ſequitur. alioquin ὀλιγαρχικὸς Græcis dicitur, homo imperandi cupidus, vt apud Philonem in libro de X. præc. leg. οὗτοι εἰσὶν οἱ ὀλιγαρχικοὶ τὰς φύσεις, οἱ τυραννίδος καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες. Deſcriptio oligarchiæ ab auctore prodita, corrupta eſt. Legimus nos ita, φιλαρχία τις ἰσχυρὰ κέρδους οὐ γλιχομένη, vel γλιχομένου, id eſt, *vehemens honorum cupiditas, in eo qui nullo ſtudio lucri teneatur.* Aliter iſta conſtituere quiti non ſumus.

ὁ δὲ ὀλίγαρχός τοι.] Legendum, ὀλιγαρχικός.

οἷος τοῦ δήμου βουλομένου.] Et mutilus & corruptus eſt hic locus. Nos vertimus quaſi eſſet ſcriptum, οἷος τοῦ δήμου βουλευομένου τίνας [δεῖ αἱρεῖσθαι] τῷ ἄρχοντι συνεπιμελησομένους πομπῆς, παρελθὼν, ἀποφῆναι ἑαυτόν.

Δεῖ αὐτοὺς κἀμέ.] Legi, Οὐ δεῖ αὐτοὺς κ.

σοβεῖν τοὺς τοιούτοις λόγοις.] Lego σ. τ. τ. λόγοις λέγων. Et accipio σοβεῖν pro διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖν, quomodo loqui amant Græci.

τὸν Θησέα πρῶτον φήσας.] Lego, πρῶτον αἴτιον φ. Malum illud cuius auctor primus dicitur fuiſſe Theſeus, eſt ἰσομοιρία & æqualitas inter ciues, quam primus ille Athenas inuexit, & ſanxit. Lege Plutarchũ, & optimatem iſta loqui memento: cui in ordinem cogi, & non

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

inſtar mortis eſt.

καὶ τοιαῦτα ἕτερα.] Deeſt verbum λέγειν.

τοὺς ὁμοτρόπους.] Scrib. τοὺς ὁμοιοτρόπους.

Ad caput περὶ ὀψιμαθίας.

Ἡ δὲ ὀψιμαθία φ.] Appellat Theophrastus ὀψιμαθίαν, non quod propriè vox Græca sonat, seram institutionem, vel eruditionem, (vt vertit A. Gellius) sed vitium quoddam iis familiare qui serò sunt eruditi. Videmus enim naturaliter euenire, vt neque ij rectè vtantur diuitiis, qui magnis opibus non sunt innutriti: sed eas serò nacti, diuites nouitij, vt vocat Seneca, euaserũt: neque scientia, illi quibus sera contigit eruditio. Hoc genus vitij vocant Græci ἀπειροκαλίαν vel ὀψιμαθίαν. Prior appellatio naturam vitij declarat: posterior, eius caussam & ortum. Est enim verissimum quod disertissimus scriptor Agathias ait, τοὺς ἀθρόον καὶ οὐ πάλαι συμβὰν εὐτυχίας τινὸς μεταχόντας; οὐκ ἀπεικὸς πρὸς ἀπειροκαλίαν ἐκκλῖναι, καὶ τῷ ἀσυνήθει καταπεπλῆχθαι. Nasci ait Agathias ἀπειροκαλίαν ἐκ τοῦ ἀσυνήθους, id est, *ex insolentia*, siue ex eo quòd non sint assueti cultui meliori. Quare etiam Latini vitium serò institutorum, insolentiam aptissimo vocabulo nuncuparunt. Cicero Pæto, ὀψιμαθεῖς *homines scis quàm insolentes sint.* Alibi apud eundem scriptorem *insolentia* idem est atque Agathiæ τὸ ἀσυνήθες. De lege Agraria contra Rullum, loquens de nouis Capuæ colonis, *Hi*, inquit, *ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti, non solùm copia, sed etiam insolentia commouebuntur.* Liuius libro XXX. *ex insolentia, quibus noua bona fortuna sit, impotentes lætitiæ insanire.* De hoc vitio A. Gellius libro XI. capite VII. *Est adeo*, inquit, *id vitium, plerumque seræ eruditionis,*

eruditionis, quam Græci ὀψιμαθίαν *appellant, vt quod nunquam* (vel *antequam*) *didiceris, diu ignoraueris, cùm id scire aliquando cœperis, magni facias quo in loco cumque, & quacunque in re dicere* quod elegantissimè Galenus libro II. De differentia pulsuum appellat παρεπιδείκνυσθαι ὀψιμαθῶς. idem auctor libro altero De agnitione pulsuum, Herophilum reprehédens, ὅσα ἔχειν αὐτοὺς ἔτι παῖδας ὄντας ἐν τοῖς τῆς μουσικῆς διδασκαλείοις ἐχμαθεῖν, ταῦτ' οὐδ' ὅλως εἰς τὰ τῆς ἰατρικῆς συγγράμματα φέρουσι, τὸ τῶν ὀψιμαθῶν πάθημα πάσχοντες, οὐδὲ σιωπῆσαι δυνάμενοι, κἂν ἑτέρας ἢ τέχνης. Ab ea mente apud Lucianum in libro περὶ ὀρχήσεως, dicitur φιλοτιμία ἀπειρόκαλος καὶ ὀψιμαθής.

Ταῦτα ἄγων παρὰ πάτην.] Legendum, ταῦτα ᾄδων παρὰ πότον.

ἅμα μελετᾶν ἀσπάζεσθαι.) Non displicet hæc lectio: nam qui equo insident, certos habent gestus quibus vtuntur in salutandis obuiis, quando illos tanto honore non dignantur, vt propterea descendãt. Hos gestus soliti tirones rei equestris doceri à suis magistris. Potest tamẽ vera esse coniectura nostra, qui aliquando existimauimus scribendũ καλπάζεσθαι. Notum est, inter ἁμίλλας equestres fuisse κάλπην. vnde est καλπάζειν, siue καλπάζεσθαι.

τὴν κεφαλὴν κατεχῆναι.) Legendum καταχῶναι. Homerus.

----χάεσεν δ' ἤχωσε πρόσωπον.

καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν. Scribe καὶ πρὸς ἀνδρ. Genus exercitationis nobilium epheborum, & tironum: vt apud Romanos exercere se ad palum.

καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ.) Locus est vitij manifestus: vertimus quasi legissemus, καὶ ἅμα μ. παρ' αὐτοῦ.

αὐτοῦ, καὶ διδάσκειν αὐτὸν, ὡς &c. nec videtur ſententia abſurda quam expreſſimus. Poſſis etiam pro παρ' αὐτοῦ ſcribere παρά του, *ab aliquo.*

Ad caput περὶ κακολογίας.

ΕΣτὶ δὲ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις.] Habent hoc pleræque omnes iſto libello comprehenſæ deſcriptiones, vt vel ſubobſcuræ ſint, vel corruptæ, vel vtrumque. Quid appellatur hîc obſecro ἀγὼν τῆς ψυχῆς? Putabam ſcribendum eſſe ἀγωγὴ τῆς ψ. hoc eſt, *inſtitutio*, ſiue *inclinatio*, & *propenſio animi*: ſed muto ſententiam, & ἀγῶνα ἐν λόγοις interpretor ἀγωνολογίαν. qua dictione Galenus vtitur in libro De ſectis, ad eos qui initiantur. ἀνεπίκριτον δὲ, inquit, τὴν ἐπὶ τῶν ἀδήλων ἀγωνολογίαν εἶναι φασίν. Sententia nihilominus eadem manet.

ὁ δεῖνα τί ἐστι;] *Ille quid eſt?* hæc interrogatio de vitæ genere quærit, iſta autem τίς ἐστι; de natalibus.

ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ.] Sententia poſtulat αὐτοῦ.

ἐγένετο δ' ἐν τοῖς ϛρατιώταις Σωσίϛρατος.] Hoc ait: patrem huius ſeruum initio fuiſſe, ac ſeruili nomine Soſiam vocitari ſolitum: poſtea parta libertate aut manumiſſione, aut alia ratione, mutato nomine Soſiſtratum dici cœpiſſe, eoque tempore ſacramento dixiſſe, & inter milites eſſe verſatum: ſerò tandem plenam libertatem eſſe conſecutum, & in vnam tribuum, vnúmque τῶν δήμων eſſe relatum. Legendum autem, ἔπειτα δ' εἰς τοὺς δ. ἐν. non ἐπειδή.

ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενής.] Id est, eius mater, quæ vulgo habetur pro nobili.

ἐν τῇ πατρίδι.] Hoc iste ait, obscurè significans Thressas mulieres Athenis nõ esse nobiles, sed vel conditione seruas, vel genere vitæ meretrices. Certum est, peregrinarum mulierum, Athenis, atq; vbique ferè locorum, olim suspectam fuisse pudicitiã: quamobrem in sacris literis sæpe *mulier peregrina* idem sonat ac scortum. Sic esse hæc accipienda declarant quæ sequuntur.

καὶ τούτοις δεξιῶν.] Verborum ἀλληλεχία est interrupta, quæ potest integrari hoc modo: καὶ ἐπὶ τούτοις δεξιῶν φησιν, αὖ. vel τὰ ἐπὶ τοῦ.

ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζουσιν.] Isto loquendi genere significat eam de qua loquitur, vilem fuisse copam, & publicæ libidinis victimam. Ferè enim καπηλεῖα erant Ἀφροδίσια, vt ait Philostratus in epistola ad γυναῖκα καπηλίδα. Harum mos fuit miris illecebris, &, vt loquitur Apuleius, *tabernariis blanditiis* ad se prætereuntes allicere, quod venustissimè Theophrastus dixit ἁρπάζειν ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας. Suetonius in Nerone, capite XXVII. *Quoties Ostiam Tiberi deflueret, aut Baianum sinum prænauigaret, dispositæ per littora & ripas diuersoria tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institoria, copas imitantium, atque hinc inde orantium vt appelleret.* Narrat & Xiphilinus ex Dione, Abitum τὰ τῶν καπηλίδων ἐργαζόμενον, cùm alia turpia fecisse multa, tum etiam τοὺς παριόντας εἴβρατε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιρίσασθαι. Ingeniosissimus poëtarum Virgilius omnes istiusmodi mulierum blanditias venustissimè expressit eo carmine quod Copa inscribitur.

ſcribitur. Porro ſecundùm vias ſolitas inſtrui popinas & diuerſoria publica, teſtis Varro, de re Ruſtica libro primo, cap. 11. & Suetonius Vitellio, capite XIII.

πάντων μεμίσηκα.] Lege πάντων μάλιστα μεμίσηκα.

τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ.] Verti, *Poſideone menſe.* Legi nempe τῇ τοῦ Ποσειδεῶνος ἡμέρᾳ: vel ταῖς ἡμέραις. hoc perinde valet ac ſi diceret, cùm iam maximè friget. nam Poſideon vltimus fuit menſis autumnalis in anno Attico, Decembri noſtro & Ianuario ex parte reſpondens, vel teſte Plutarcho. Quod ait τῇ ἡμέρᾳ in numero vnitatis, puto intelligi Kalendas eius menſis, Neptuno ſacrum diem, lautis epulis & θερμολουσίαις ſolitum celebrari. Quare etiam librorum ſcripturam non cenſeo mutandam, quæ habet Ποσειδῶνος, nam ita ſatis declaratur primus dies menſis Poſideonis, vel quicunque alius eius menſis dies fuit ſolemnibus Neptuni inſignis.

δεινὸς περὶ τοῦ ἀναστάντος εἰπεῖν.] Legi, περί τοῦ ἀναστὰς κακῶς (vel κακὰ) εἰπεῖν. Sic alibi accipitur, τὸ ἀναστάς. vt capite περὶ περιεργίας. οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστὰς ἃ μὴ δυνήσεται. Ferri poteſt & altera lectio ἀναστάντος, quam ita exponemus. *Solet cum aliis ſedens, de eo qui ſurrexit* (vel verba facturus, vel diſceſſurus) *malè loqui.*

καὶ περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς λέγειν.] Hoc quidem non ſolùm in bonos mores committere eſt: verùm etiam in ius ſcriptum, & leges Athenienſium. Fuit enim lex Solonis τὸν τεθνηκότα κακῶς μὴ ἀγορεύειν. Atque hæc ſatis. Sequebantur in libris Palatinis tituli duo, ſed tituli tantùm, ita,

Περὶ

Περὶ φιλοπονηρίας.

Περὶ αἰσχροκερδίας.

At in alio codice eiusdem bibliothecæ, quæ ista quinque capita non habet, subiecta sunt characteri ostentatoris, verba cuiusdam semidocti Græculi, Theophrastum hoc modo compellantis:

Ἀλλ᾽ ἔστιν, ὦ Θεόφραστε, χαλεπὸν, καθαρεὺς τῶν τοιούτων ἰδεῖν ἐν τῷ βίῳ, καὶ τῶν ἐν τούτοις κακίας ὅλως ἀφεστηκότας. εἰ μὴ γὰρ τὰ πάντα δοκοίη τις εἶναι κακὸς, τοῖς γοῦν πλείοσι τοῦ χοροῦ τῶν ἀρίστων ἐξέωσται. ἢ τοίνυν σοὶ πειθομένοις ἡμᾶς, τὰς ἁπάντων ὄψεις φυλάττεσθαι δεῖ, ἢ κοινωνοῦντας καὶ λόγων, καὶ πράξεων, τὴν ἑκάστου μνήμην μιμεῖσθαι. Ἀλλ᾽ οὕτω μὲν κακίας ἐσμὸς, καὶ ἀρετῆς ἀλλοτρίωσις ἕπεται: ἐκείνοις (forte ἐκείνως, vel ἐκείνοις) ἡ μισανθρωπία, καὶ τὸ τοῦ Τίμωνος ἔγκλημα. ταύτῃ τοι καὶ χαλεπὸν ἑλέσθαι τὸ κρεῖττον, καὶ δεινὸς ἑκατέρωθεν ὄλιθος.

Θεῷ χάρις.

IN COMMENTARIVM ISAACI CASAVBONI RERVM ET VERBORVM

INDEX.

B

C

Aa

D

E

ἐχῖνος

F

G

Manti

M

N

O

T

V

X

Z

F I N I S.

EXTRAIT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAr grace & Priuilege du Roy il est permis à Anne Thomas, vefue de feu Antoine de Harsy, viuant marchand libraire à Lyon, d'imprimer ou faire imprimer & exposer en vente, vn liure intitulé *Theophrasti Characteres*, reueu & augmenté de nouueau par Isaac Casaubon, & sont faictes defenses à tous Libraires, Imprimeurs & autres, de quelque estat & condition qu'ils soyent, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ny distribuer ledit liure d'autre impression que de ceux de ladite Thomas, & ce iusques au temps & terme de dix ans entiers & consecutifs, sur peine de confiscation desdits liures par eux imprimés ou vendus, & de six mille liures d'amende. Voulons en outre que mettant en brief au commencement, ou à la fin de chascun desdits liures, l'extrait dudit Priuilege, il soit tenu pour signifié & venu à la cognoissance de tous, comme plus amplement est declaré audit Priuilege. Donné à Paris, le sixiesme iour de Feurier, l'an de grace mille six cents & douze, & de nostre regne le deuxiesme.

Par le Roy en son Conseil,

PERROT.

Acheué d'imprimer le 25. Mars 1612.

EX TYPOGRAPHIA
Iacobi Mallet, & Petri
Marniolles.

1612.

PA 4448
A4
1612